3. 87

PRVDENTISSIMA

FOEDERICI NAV
SEAE BLANCI-
CAMPIANI
FRANCI
ORIEN
TALIS
DE
PVERO LITTERIS
INSTITVENDO
CONSILIA.

CVM GRATIA ET
PRIVILEGIO.

GEORGIVS DE RVSCONIBVS CALCHOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.

ACCIPE: *Studioſa bonarum litterarum cohors,* Federici Nau*ſeæ* Blancicampiani, *conſultiſſima de puero litteris inſtituendo conſilia. opuſculum ingenio, eruditione, ordine, orationis elegantia, ſententiarũ grauitate, breuitate albo doctiſſimorũ uirorũ calculo adeouſq; ꝓbatum, ut a pleriſq; in diuerſum eatur, prodieritne intra noſtra tempora quarũq; diſciplinarũ cultoribus in eo ſcribendi genere aut ingenioſius, eruditius, ordinatius, elegantius, aut ſine obſcuritate compendioſius.* Q*uod ipſe uidens & animaduertens non potui uel ꝓprio meo ſumptu et labore nõ id ipſum operis noſtro prælo in mille excudere exẽplaria, quo compluſculos tantarum hoc in opuſculo bonorum compotes efficerem. Tu igitur,* Candidiſſi*me litterarum cãdidate, eme, uolue, fruere, authoriq; ipſi pro uirili gratiam repẽde: ut pergat, quẽ admodũ cœpit.* Vale. Venet*ijs ex calcographia noſtra.*

AD GVILIELMVM EX ILLVSTRIBVS DE SCHVARZENBERG BARONIBVS INCLYTVM PVERVM GENEROSSISSIMI BARONIS CHRISTOPHORI A SCHVARZENBERG FILIVM FEDERICI NAVSEÆ BLANCICAMPIANI EPISTOLA.

REDEVNTI *Mihi nuper: inclyte Puer: ex Patauino Venetorum Archigymnaſio in Germaniam, ſuccurerũt iterũ atq; iterum: ut nunq̃ non antea: maxima generoſiſſimi tui in me patris beneficia. beneficia inquam tam numero infinita, & magnitudine præcellentia, ut ſane cogitari modo, uerbis autem explicari haud quaq; poſſint. Nam quæ uel ſanctiſſima & iuxta chariſſima nomina illi me debere inficias iturus ſum? Illi nimirũ nobiliſsimo parenti tuo. Mecœnati meo omnium longe liberaliſsimo acceptas iure retulerim*

omnes meas,uel quantulæcūq; ſint,diſciplinas,lit
teras,linguæ,famæq; ornamenta,nempe quod ille
ſolus triſtis meas illuſtri ſua, qua eſt in litterarū
uirtutūq; zelatores,humanitate Camœnas reſpe/
xerit,reſq; uniuerſas adeo miſeratus,ut loco mihi
parentis,patroni,præceptoris quoad uixero habē
dus ſit:quoniā eo duce & alumno ꝓfectus, alitus,
inſtitutus fuerim, eiuſq; liberalitate munifica in
tantum adiutus,ut uel omnē (ſiquā forte adeptus
fuero) dignitatē,oīa uirtutū merita,& cognomi
na fœlicitatis (ſi modo unq̄ quid horū arriſerit)
meopte illi lubenſq; accepta laturus ſim.Sed inte/
rim iſtæc in aīo mecū ultro citroq; uolutans quid
facerem? num αντιπελαργειν *tentarem? Aberat*
nimiꝶ affectare in quo uel intelligebā uel intellige
re utiq; poterā meam mihi infirmitatem periculo
futurā, eamq; quouis iure culpæ adnumeratū iri.
Qui enim,queſo,mutuā officij uicem illi rependere
molirer,cuius in me beneficioꝝ magnitudine om/
nino uincerer?nēpe,quod noſtra,quæ paruula eſt,
fortuna nullā prorſus reſtituendi officij facultatē
ſuggereret. Quid igit̄ faciundū? ſimne beneficijs
ingratus?minime,ſed oppreſſus. Soleo mediusfi/
dius uſquequaq; gratias agere,cum tacēs,tum lo/
quens, cū in cœtu hoīum tum uoce,meditatione,
omni loco,habitu & tēpore:immo tā grata ꝓfitē/
di terminum ſtatuerim oīno nullū: quoniā, nec lo
cus ſit nec dies,qui illius erga me liberalitatis non

me conſtãter admoneat. Decreueram ꝑinde *meæ dũtaxat erga illũ gratitudinis argumento quinquaginta noſtraꝝ in uniuerſos Pandectaꝝ legum imperialium titulos Iſagogaꝝ libros: ſubciſiui noſtri ſtudij opus: ſuo forte tẽpore non friuolũ nec legum ſtudioſis inutile, illi offerre, dicare, conſecrareq;.* Verum, *cum eos more meo relegerem, offendi ipſos nõ tam rudes q̃ incboatos, ad lucem caligantes, uerecũdiæ meæ ſpolia. i. næuis et cicatricibus oĩo deformes, & quos nec labor excusſiſſet, nec cura limaſſet, ſine ingenij acrimonia & moræ maturitate, quoſq; nondum ſatis maturuiſſe eãdem opinarer: in ſumma plane indignos ut in talis tantiq; herois & Mecænatũ Mecænatis cõſpectũ ꝑdirẽt.* Faciem *itaq; (Hei mihi infœlici) perfricare uerius calculũ reduxi, magis quoq; ex re mihi fore pſuaſi, improbos nũmos condere q̃ occupare: futurũq; longe & honeſtius & utilius, ſi eos vel in nonũ: Flacco exhortante: annũ premerem q̃ citra* A*riſtarchi uirgulam præcipitarem:* C*æterũ, quis tandem ſolamini locus? quæ ſubinde ingratitudinis, qua apud me turpius eſt, & habetur nihil, excuſandæ rõ? quoue modo illius generoſisſimi mei Mecœnatis offenſionem ſubterfugiam?* En, *cũ hæc ſolicitius mecum uerſarem, ſubijt, quæ in archanis ſacræ religionis litteris memoriæ ꝑdita eſt de Dauide & Ionatha Sauli Regis filio candidiſsimis animis hiſtoria: quæ mihi p[illegible]rimũ ſpei præ ſe tu*

Iſagoge F, N. *in pãdectarũ titulos*

lit. Nimiꝝ, qua facile arguitur Saulē Dauidi: quē ille interneciuo bello ꝑſequebat̃, uel ob ſolū Ionathan (hic enim Dauidis amantiſsimus erat) ſæpius peperciſſe. Cuius argumētō facile coniecerim prodeſſe plurimū, ſi quis apud patrem adeptus ſit filiū interceſſorem. Nemini q̃dem dubium eſt, parentes: quātūuis indignabundo: : ſæpe his, quibus alioqui infenſi ſunt, ob pium in liberos affectum et placidum, aut indulgere, aut apud ſe aliquem eſſe gratiæ locum uelle. Qua re & ipſe animatus, habere melius cœpi, & ad te audaculus confugiēs præſidium mihi, antea ferme deploratum, expoſcere nō dubitaui. Tu nāq; ſolus occurriſti, quem ego delegi, unūq; ſemp interceſſorem apud patrem tuum generoſisſimum peroptaui. animaduertēs etenim, neminem te melius & facilius mihi apud illū gratiam collocatuꝝ. quod tua hoc ſit apud eundē maior authoritas, quo eſt illius amor erga te īpēſior, eoq; mihi ueniam impetratu faciliorē credidi, quo is denegare tibi minus posſit uel omnino nihil. An enim putem ab illo tibi denegatū iri quippiā, quē omniū unice & amat & miratur? an dubitem de flagrātisſimo illi⁹ in te amore? Minime. Fieri utiq; non poteſt, ut ille, ex quo procreatus es, te non ardentisſimo proſequeret̃ affectu, quem ſui uidet futurum nullo uirtutum ſplendore disſimilem. Nōne tua generoſa indoles ſanguini tuo generoſo omni ex parte reſpondens te fore parenti tuo ſimilli-

Laus Guilielmi a ſcuarzenberg

mum indubie pollicet? Hæc autem quid uirtutum parentis promittit? profecto uitæ ſanctimoniã, fidei conſtantiam, pietatem, iuſticiam, magnanimitatem, clementiam, modeſtiam, mediocritatem, æquanimitatem, humanitatem, liberalitatem, animi fortitudinem, ingenij ſublimitatem, ſapientiã, rei bellicæ peritiam, eloquentiæ nitorem, litterarũ agnitionem, hocq; genus innumeras, quæ heroem uere illuſtrem decent, uirtutes, quibus Genitor ille tuus omnium teſtimonijs (ita enim omnium ore publice prædicatur) cunctis intra noſtram ætatem longe antecellit. Te itaq; : uenerande Puer: meũ apud Generoſum illũ parentem tuum, Mecœnatem noſtrum nunq̃ ſatis decantatum, interceſſorem conſtituens, ſeligens obſecro humiliterq; ſupplicauerim, mei memor ſis, meq́;, quod hactenus ingratitudini locum dederim, excuſatum habeas. Verum ut mearum apud te precũ firmior ſit memoria, & modus reconciliandæ gratiæ facilior, tuo illuſtri nomini noſtra de Puero litteris inſtituẽdo conſilia, tui potisſimum gratia anno ſuperiore horis ſubciſciuis concinnata humillime offero, dico, dedico, conſecro, quibus ut ſereniorem porrecturus ſis frontem, tam orauerim, quam quod maxime. Hoc autem me impetraturũ ſpero, quia has ipſas noſtrorum de ſtudij ratione Cõſiliorum opellas ſi te non dignas tibi fore tamen conſentaneas proculdubio exiſtimauerim. Exploratum nãq; ha/

Laus xp̃o/phori a ſcwarzẽberg

ut mea: rum apud te reuerend

beo inclyto illi patri tuo non minorem tui litteris
Ale- optimis crudiendi curam, quam Alexandri cogno
xāder mento Magni Macedonum Regi Philippo, im-
ma- minere. nec mirum, quoniam ille de te puero indo
gnus. le illuſtriſſimo uulgariorem, quàm hic de Alexan
Phi- dro, expectationē minime habere & poſsit & de-
lipp9 buerit. Hunc uero noſtræ conſultationis libellum
Rex tibi ſecundum alios (quos tuo ſoli nomini omnia
Mace accepta laturos uolo) utilē fore qs negabit, quā-
dōiæ do primam illam, quam agis, ætatulam tam mani
feſtū ingenij lumen oſtendere uiderit? deniq; te ſtu
dio litterario pauloante collocatum intellexcrit?
maxime quod in eo ipſo libello pueꝝ a cunabulis
inſtituendum & quidem per omnes fere partes cō
ſuluerim & docuerim. Quam autem is ſecnndū
te alijs cōmoditati, nō dixerim neceſſitati, eſſe poſ
ſit, lectoris iudicio reliquerim. Sane ad cōmunem
omnium utilitatem laborauimus, quam ſi non ade
pti fuerint, bonam modo flagito uoluntatē. Si qui
dem mea parenti tuo tibiq; ꝓbari ſenſero, nō erit,
quin & cæteros haud improbaturos credam, quo
niam uterq; inſtar omnium mihi ſit, eritq; ad extre
mum uitæ diem. Poſtremo ſi iſtæc noſtra tibi conſi
lia non uſquequaq; cordata, uerum fatua reperie-
Aeſcu ris, ipſe una cū parēte tuo ea uel, ut Aeſculapius,
lapius redintegrabis ad uitā, uel, ut Plato, Vulcano ſup
Vulca petias ferente ab infamia uindicabis. Vale felici-
nus. ter nobiliſſime puer. Patauij, Decimo Calendas

Auguſti, Anno humanæ ſalutis uigeſimo primo. ſupra milleſimum quingenteſimum.

NAVSEA AD LIBELLVM.

Stemmate illuſtrem, & titulis auorum
Inclytum, & alta generoſiorem
Indole aſtutum tibi, mi libelle,
Quære patronum.
Forte, quem dico, referam rogabis,
Eſt puer natu iuuenis Minerua,
Moribus grandis Guilielmo & huic eſt
Nomen alumno.
Inclyto natus procerum baronum.
Sanguine ex Schuarzberg, ſenioris ipſe
Filiuſq; eſt Chriſtophori decoris
Nobiliorum
Illius uirtus generoſa pondus
Nominis preſtent clypeum malignos
zoilos contra, & pariter ſiniſtri
Scommata Momi

FINIS.

F. NAVSEA BLANCICAMPI-
NVS PRAESTANTISSIMO,
VERE VNI EX PAVCIS A-
DVLESCENTI HIERONY
MO PVLLASTRELLO
PATAVINO SA-
LVTEM.

ECCVM candidiſsime mi Hierony-
me, hic eſt noſtroꝝ de puero litteris in-
ſtituendo cõſilioꝝ libellus. quẽ tibi ali-
quoties (uti cõptũ habeo) a noſtratibꝰ
pinde atq; rariſsimũ nr̃æ, quã nup uirtute ſola in-
tercedente, cõtraximus, amicitiæ ſymbolũ plauſi
biliter prædicatũ, tibi, nobis amiciſsimo, & exi-
Gui- mio lr̃aꝝ amore flagrãti, ſecũdũ generoſum Baro
liel- nem Guilielmũ a Schuarzenberg dedicamus, tibi
mus a inq̃ id cõſilioꝝ opuſculi ſecũdo loco cõſecramus,
Scuar qđ hoc ipſum inclyta tua uirtus, primula ætas il
zen- luſtrem ingeniĳ maieſtatem demõſtrãs, generoſiſsi
berg ma, ad optima quæq; lr̃aꝝ ſtudia indoles, & ſynce
rus ſubinde tuus tuorũq; parentũ erga nos amor
iã pridem ſuo uelut iure efflagitarũt. Sed dictũ
te ſuſpicatus fuerim. Quid mihi: bone Nauſea: cũ
libello materiã a nemine pene nõ iãdudũ tractatã,
haud ſecus ac Cramben recoctã repetente, actũq;,
iuxta Adagiũ, agente, in ſyluã ligna ferente: imo
(qđ oſores forte noſtri obĳcere molient) nõ tuo,

uerũ aliũde maiori ex parte collato? Reſpõſum ue
lim, dextime amicorũ, nũ ſolius Pithĳ de archite/
ctura, Ariſtarchi de Grãmatica, De Muſica ariſto
xeni, De pictura apellis, de plaſtica rõne polycleti,
de medicina Hippocratis, de philoſophia platõis,
De oratoria Ciceronis, De agricultura Collumel/
læ opa lectu dignabimur? Abſit, imo & aliorũ, q
parib⁹ de reb⁹ ſcriptitarũt, monumenta poſterita
ti relicta haud quaq̃ aſpnabimur. Nõ me clã eſt de
pueris inſtituendis uel inter primos Ariſtotelẽ ad
modũ grauiter, plutarchũ oppido fidelr, quintilia
nũ & copioſiſsime & eruditiſsime, Aeneã Syluiũ
haud dubie adamuſsim, Eraſmũ nr̃m Roteroda/
mũ ut ſuccĩctim ita ſcitiſsime, oẽs maiori lõge quã
nos, orõnis elegãtia & ꝓbatiori ordine p̃cepta me
moriæ ꝓdidiſſe. An igitur, rogo, pp edita ab alĳs
opa nr̃as opellas qſpiã in ordinẽ recipiendas. biſq;
p̃cia dãda negabit? Minime, ſi mũ q in nr̃o opuſcu
lo cõſuluimus, eũ illorũ (qb⁹: licet illa ad manus
cõſcribemus haud fuerint, utiq; nõ paucula ita mu
tuo recepimus, ut horũ adminiculo nos ꝑfeciſſe fa
temur) opib⁹ iudex qſq; incorruptiſsimus cõtule/
rit. Nec eſt, qđ naſuti aliq̃t me ꝑinde atq; alienæ
plumæ ſuppilatorẽ accuſent: qm̃ alioq (ſi ita pre/
xerint) a furto nec Virgiliũ poetarũ pricipẽ, q ex
Homero, nec Ciceronẽ, q ex Chryſippo & alĳs,
nec Pliniũ, q ex Dioſcoride cæteriſq; infinitis, nec
Solinũ, q ex plinio, nec Macrobiũ, q ex Gellio, nec

Pithius
ariſtoxenus
Policletes
Plato
Cicero
Collumella
ariſtoteles
Plutarchus
quintilian⁹
æneas ſylui⁹
Eraſmus
Virgilius
Plinius

Gelli us. Flor⁹ Placi dus. Serui us Accō Por‑phi‑rio.

Gellium, q ex Liuio, nec Florũ q ex eodē, nec Placidũ, q ex Seruio, nec Seruiũ, q ex Acrone, nec Acronē, q ex Porphirione, & ſexcentos hercle alios, q pleraq; ex alijs ſuppreſſo: qđ plus ē: noie ad uerbũ pene tranſcripſerunt, alienos dixerim. Det itaq; Momus ſubſannator ueniæ locũ, ſi quod receptiſſimis ſcriptoribus licuit, & mihi etiamnum licere ſperauerim, nec deniq; uitio uertat, quod uel Ioui fulmen uel Herculi clauam uel Homero uerſum ſubtrahere tentarim: hoc eſt quod ex diuerſis authorum monumentis, adiunēto, quod ipſi partim ex preceptoribus noſtris, partim experientia, rerũ magiſtra, ingenio ſuppetias afferente, didicimus. unum, & opuſculum de alienis noſtrum concinnauerim: nec toties Thyonianum de Dionyſio, Virbium de Hippolyto reformatum miret. Accipe igitur Ornatiſsime Hieronyme: paruiuſculum hoc noſtrum de puerorum litteraria inſtitutione opuſculum, pignus mutuæ inter nos charitatis longe arctiſsimum, ſitq; illud noſtri apud te monumentum, quoties in manus tuas receperis, recipias autem ſæpius. Nec ipſum, oro, e ueſtigio nancifacias a uitiligatoribus alicubi repræhenſum, perinde atq; nulli futurum uſui: uerum memineris nō eſſe librum adeo malum, qui nō in aliqua ſui parte pſit. Ego uel ſola mea conſcientiā contentus nihili omnino fecerim calumniantium aculeos: cogitās etenim nunq̃ per ſyluam me iturum. Si quoſq; fru‑

Thyo nian⁹ Virbi us.

tices formidaro. Vale bene, propediem noſtras in totam Dialecticen Iſagogas ſuſcepture: tu interim una cum inclyto Barone primo noſtrorum laborum tutelari egregie defendes. Venetijs octauo Calendas Auguſti Anno. a natali Chriſtiano miileſimo quingenteſimo uigeſimo primo.

Iſagogæ F. N. i dialecticen.

F. NAVSEAE IAMBICVM DIMETRVM AD LIBELLVM.

Eas libelle paruule,
Virtute poſce nobilem,
Parente clarum, atq; inclytum
Patronum ubiq; litteris.
Eas minutum opuſculum,
Require quem ueterrima
Vrbs excolitq; Antenoris.
Cui nomen alma eſt regula,
Quod non queat hic dicier.
Eo profectus dicito
Meo ſalutem nomine.
Precator inde cum tuo
Priore nobiliſsimo
Barrone te libens ferat,
Adiutor inq; zoilos
Sit uſq; ſycophanticos.
Hoc annuente dic uale.

Primumq; debinc quid conſulam
Parentibus, qui litteris
Gnatos dicare geſtiunt
Legat ſequenti pagina.
Subinde quæ uel omnibus
Prodeſſe poſſunt ſi modo
Mineruam & aurem commodent.

FIN.

ϖρῶτα θεον τινα

NAVSEA AD LECTOREM.

QVoniã fore plæroſq; haud quaq; dubitarim, q nr̃i ingenioli monumẽta non ſecus ac canes e nilo bibentes ſunt lecturi, tũ e regione pluſculos (niſi optimi quiq; cũ uiri tũ iuuenes adulationẽ apud ſe lenocinari uelint) quoꝝ haud dubie palato nr̃a non unq̃uaq; obolebũt: ex re plurimũ fore arbitrati ſumus, ſi qd ſingulis cõtineret cõſilijs in opuſculi frõtiſpicio p cõſilioꝝ capitũ ordinẽ cõmõſtraremus, quo qſq; qđ uelit quæratq; facilius inuenire poſſit. Id qđ uel inferioris diſciplinæ opibus aliquot nõ infima lr̃atura ſcriptores factitaſſe offendimus. Erit itaq; de puero litteris inſtituendo.

CONSILIVM.

Primũ, de puero in uniuerſum inſtituẽdo. car.ix.
Secundm, De puero lr̃is inſtituendo. car.x.
Tertium, an in primis optimo ſit præceptori puer tradendus. car.xi.
Quartum, an uel domi uel in ſcholis, melius puer inſtituatur. car.xii.
Quintũ, de ætate, q̃ puer lr̃is ſit iſtituẽdus. c.xii.
Sextum, de pedagogo eligendo. car.xiii.
Septimũ, de gr̃a diſcẽdi a deo opt. ĩpetrãda.xiiii.
Octauũ, q̃ lrãꝝ elemẽtis a puero ĩbibẽdis. c.xiiii.
Nonum, de loco, quem quiſq; puer in ſcholis ſedendo occupare poſſit. car.xv.
Decimum, de grãmatica elemẽtis litterarum imbibitis, capienda. car.xvi.
Vndecimũ, a qbus grãmatica ſit ſumẽda. c.xvii.
Duodecimũ, qui auctores poſt acceptã grãmaticẽ ad cõpãrandam eligantiam, & ſermonis puritatem ſint legendi. car.xviii.
Tertiumdecimum, an & quo modo gentiles, ut ecceleſiaſtica lingua nuncupat, ſcriptores ſint legẽdi. car.xx.
Decimũquartũ, utrũ in patria cõmodius q̃ apud exteros pueri erudiantur. car.xxi.
Decimumquintũ, quo pueri ſuo tempore loci ſint mittendi. car.xxii.

Decimum ſextum, quid aduleſcenti eo. ubi futu/ turus eſſe ue lit, de lato, faciũdũ ſit. car. xxiiii.
Decimum ſeptimum, de ſtudij loco, qualis, ad quã cœli partem eſſe debeat. car. xxv.
Decimum octauum, an pluribus diſciplinis puer operam poſsit accõmodare, quidq; mihi factu ſit optimum. car. xxv.
Decimum nonum, quo modo pluribus artibus in/ ſudetur. car. xxvi.
Vigeſimum, de Dialectica arte plurimum neceſſa/ ria, quodã cõpendio perdiſcenda. car. xxviii.
Vigeſimum primũ, de diſcipulorũ moribus, qbus, ubicunq; fuerit, fulgere debent. car. xxx.
Vigeſimum ſecundum, De ſodalitate, quam puer iure ſibi ſit electurus. car. xxxi.
Vigeſimum tertium, De diſcipulorum officio, ubi in ſcholis fuerint. car. xxxii.
Vigeſimũ quartũ, De eo, quod puero faciũdũ eſt, cũ domũ ex ſcholis repedauerit. car. xxxii.
Vigeſimum quintum, De ratione legendi, maxime domi. car. xxxiii.
Vigeſimum ſextum, Quando, & quid ſua potiſsi mum hora, puta Matutina, Meridiana, Veſper tina legendum ſit. car. xxxv.
Vigeſimum ſeptimum conſilium. De ſtudio noctur no. car. xxxix.
Vigeſimum octauum, an librorum copia aduleſcẽ ti Tyroni proſit. car. xl.

Vnde trigeſimum, De litteraria exercitatione, ſtudio prorſus neceſſaria. car.xli.
Trigeſimum, qualis a ſtudio litterario eſſe debeat remisſio, num ab exercitio ſit aliquoties deflectendum. car.xliiii.
Trigeſimumprimum. de memoria, uero dei dono, cum acqrenda tũ conſeruanda. car.xlvi.
Trigeſimumſecundum, de extemporali locutione indipiſcenda. car.xlix.
Trigeſimumtertium, de puero litteris inſtruendo in uniuerſum neceſſarijs, perinde ac dictorum epilogo. car.lii.
Trigeſimumquartum & ultimum, cuius gratia, & ad quem finem litteris opera ſit impẽdenda. car.liii.

FINIS.

GONSILIA FOEDERICI NAVSEAE BLANCI CAMPIANI FRANCI ORIENTALIS, DE PVERO LITTERIS INSTITVENDO.

PRIMVM CONSILIVM, DE PVERO IN VNIVERSVM INSTITVENDO.

PRIMVM, PARENTIbus *qui puerum, quem habent, arte quapiam inſtitutum iri uolunt, ſuaſerim: ut illius naturam, cui uidelicet artium hæc ipſa, aptior ſit futura argumentis quibuſdã ſtudioſe, depræhendant, deinde, quo præceptore, quo loco, quo tempore, & alijs id genus præceptis ad pueri inſtitutionem accommodatis docendum uelint accurate deliberent.* Nimirum, *ubi illi, qua ſit puer*

indole, qua ingenij conditione, dignouerint, ex re fuerit arbitror, illius naturæ obſecundari. Si quidẽ illi ipſum artificio, uti, uel architecturæ, uel picturæ magis idoneum animaduerterint, artificio, ſi rei litterariæ aptiorem ſenſerint, rei litterariæ eum inculpati collocent. Meminerint enim, ſe plane Iſthmum, ut fertur: perfoſſuros, Penelopeſq; telam retexturos, ſi contenderint puerum inuita Minerua quippiam uel dicturum uel facturum, maxime, quod eam eſſe uim naturæ reſciuerint, ut aduerſus ipſam fruſtra omnino pugnetur, adeo, ut ſi eam furca expulerint, uſq; tamen, ut illa ait: recurſura ſit. Sic enim prorſus faciundum eſt, ut contra naturam minime contendamus: at eam, quæ nobis propria uidetur, ſequamur, noſtraq; ſtudia uniuerſa naturæ regulam metiamur. Turpe nimirum alioqui foret naturæ repugnare, nec conſequi tandem quod aſſequendum fuerat. Merito proinde hoc loco condemnarim, qui filios a litteris alienisſimos toto iſtorum reluctante & ſpiritu & ſanguine ſtudio litterario, illis etiamnum repugnantibus, mancipant: foreq; in ſacris initiatorum numero adnituntur, quorum ne minutisſima quidem uenula ſacerdotij dignitatem redolet. Quid putas aliud ſubinde conentur: quam quod ſe, illoſq; & hoĩs & Dei Opt. Max, iudicio reos ſtatuũt? Sed uiderint ſibi. Noluerim me cuiuis q̃cũq; in re agere monitorẽ, cum, quam perperam agunt, nullius

Adagia

Non cõtra naturã agẽdum

Sententia

Aduertãt parentes

nõ iuris præſcripto admoneãtur: modo ſciant ſuã quemq; trahere uoluptatem.

SECVNDVM CONSILIVM, DE PVERO LITTERIS INSTITVENDO.

COgnito pueri ingenio, eoq; prono ad ingenuas artes inuento, cura erit de præceptore deligendo ꝓxima. Qua in re quantum ſit parentibus diligentiæ adhibẽdum, argumẽto eſſe putarim accuratisſimã Philippi Macedonum regis ad Ariſtotelem tum philoſophorum principẽ de puero Alexandro ſibi paulo ante genito epiſtolã. In ea ſane Rex ille, nõ tam potẽtia q̃ uirtute illuſtris ſe dijs habere grãm ait, nõ ꝓinde, quia ſibi natus eſſet filins, quam pro eo, qđ illum naſci contigiſſet Ariſtotelis temporibus: ſperare enim futurum, ut is educatus, erudituſq; ab illo, dignus patre, regni quoq; ſucceſsione futurus haberetur. Quod enim, quæſo, curæ diligentiæq; in liberorum diſciplinas de præceptore quopiam ad commonendos parentum animos hortamentum posſit eſſe maius? Si modo conſulam rogas, quem potisſimum puero præceptorem eligendum cenſeam. Sit, inquã præ

Epl̃a Ariſtotelis ad Philippũ Macedoniæ regẽ

Præceptoris electio.

ceptor uita inculpata, morum honeſtate, litteris optimis, & græcis (ſi modo huiuſmodi inueniatur) & latinis undecũq; redimitus, grauis, auſterus, cuius tamen auſteritas nõ ſit triſtis, comis cui plurimus de honeſto ac bono ſit ſermo, mitis, non iracundus, qui tamen emendanda non diſſimulet, in docendo clarus, laborum patiens, aſſiduus, interrogantibus facilis, in laudandis aliquãdo diſcipulis medium obſeruans, corrigendo nec acerbus nec contumelioſus, cui quoq; ſermo non ſit uitioſus, uitam pueri & mores ubiq; perſpiciens, ne prauo. quo nihil pnicioſius: ſodalitio ſe adſociet. In ſumma, præceptor uitæ ſanctimonia in primis fulgeat, bonaſq; litteras uſq; adeo egregie calleat, ut de eo haud quaquam dici queat. Quid cõmune cani cum balneo? Sciant ſubinde parentes totum a præceptore cardinem pendere: cum indubie tales præſertim moribus & dicendi genere, pleriq; omnes, quales noſtri ſunt præceptores, futuri ſimus: in illis enim mores, ueluti in ſpeculo idæam contemplamur.

Qualis præceptor

Totus a præceptore cardo pendet.

In præceptore mores velut in speculo idæam contemplantur discipuli

TERTIVM CONSILIVM, AN IN PRIMIS OPTIMO SIT PRAECEPTORI PVER TRADENDVS:

EX nobis, cum apud noſtrates erudiendis pueris pædotriba operam impenderem, ſæpiuſcule quæſitum memini. An protinus optimo cenſerem utēdum præceptore? reſponſum e regione, Quid ni? quoniam ab illo puer non capiet, quæ propediem dediſcenda ſunt. At illi, perſuaſum longe aliter noſtris patribusfamilias: immo apud mediocri litteratura viros aliquandiu pueros noſtros detinendos arbitrantur: quod perinde inſtituendis artibus aptior ſit mediocritas præceptoris, quam & ad intellectum & mutationem faciliorem & ad ſuſcipiendas primordiorum moleſtias, minus ſuperbam ducant: ſufficere proinde illos minores. Contra nos. Illud etiamnum optimus quiſq; præſtabit, quando docendi non ignarus facile ad diſcentis menſuram ſe ſubmiſerit. Ille nāq; turpe ſibi non autumabit. boni agricolæ fungi officio, qui ut terram noſſe ſuam, quam colit, proficuum retur, ita pariter fidelis præceptor initio ſtudebit cuiuſq; diſcipuli in

ſententia

Similitudo ab Agricola

98

dolem & ingenium diſcernere: quoniam eadem omnibus adhibenda ſunt minime. Deambulantiũ quidem is ſequatur morem, qui & ſi uelocisſimus, paruulo tamen, qui ei comes eſt, manum porrigit, gradumq; uelociorem ſiſtet, ne ultra, quam comes queat, proceſſurus ſit. Præterea, uſu aliquoties euenit, ut faciliora, lucidioraq; ſint intellectu, quæ ab eminẽtisſimo quoq; depromuntur. Norit enim ille quæq; ſuo modo, ſua menſura, iuxta addiſcentium ingenij uel acrimoniam uel hebetudinem & collocare & dicere. Vidimus & ipſi plærũq; obſcuriores, quo eſſent deteriores & minus ingenio præſtantes, altius ſe attollere & dilatare, Conſilium ergo erit, à perfectisſimo ſtatim præceptore puerum imbui, id quod Rex ille Philippus adeo probauit ut Alexandrum, cognomento ſubinde magnum, filium primis litterarum elementis non niſi ab Ariſtotele maximo intra eam ætatem philoſopho informatum iri uoluerit.

Siſitu do ab ambulantibus

Philipp⁹ Rex Macedoniæ

QVARTVM CONSILIVM, AN VEL DOMI VEL IN SCHOLIS MELIVS PVER INSTITVATVR.

APVD Nonnullos *etiam in dubium uenire non me fugit. Vtrum utilius domi, an in ſcholis pueri erudiantur,*

In qua quæſtionis ſerie in diuerſum eſſe omnino itum clam me non eſt. Conſultus reſpondeo, in ſcholis commodius: quamquam utrinq; honeſte & commode fieri poſſe non inficias iuerim: modo eum elegerint parentes præceptorem, qui uitæ caſtimonia probatus, honeſte uiuendi rationem, cum optime diſcendi coniunctam uelit, a quo pueri mores primum, mox honeſtas diſcat artes, quæ perperam ſine moribus capiuntur. Hoc enim pa*cto moribus, quos in ſcholis perinde atq; pernicioſa hominum turba, tum & domi, ſi familia impudica ſit, corrumpi putarunt, conſuletur,*

Oīa a p̄ceptore pēdere

QVINTVM CONSILIVM DE AETATE QVA PVER LITTERIS SIT INSTITVENDVS.

Septēnium

ET *ſi, plæriq; omnes, qui docendi prouinciam obiuerunt, puerum, qui annos natus ſit ſeptem, ſtudio litterario tradendum exiſtimarint: quod ea ætas rationis ſit utiq; compos, Ego tamen eius rei tempori nullos præſcripſerim fines, Inibi uero cenſeo pueri naturam trutinandā,*

& ingenij ſigna. Quotus enim quiſq; eſt puerorum, annos forte ſex agens, qui nõ modo animi capacitate, qui natus ſit annum ſeptimum, ſed etiam qui uel decimum, lõgo poſt ſe interuallo relinquat: quando nimirum natura alius ingenio alium præſtet, & non tam ingenioſi q̃ hebetes, indociléſq; ſecundum naturam homines eduntur. Haud igitur pueri ætatem, ſed indolem proſpicies. Vtilior autem ratio uideri ſolet, ut puer loqui modo gnarus diſcere incipiat: ita quidem a primis: ut aiunt: cunabulis eruditioni aſueſiat, & alios a litteris labores citius effugiat. Præterea tenacius aliquando inhærebunt, quæ is puerilibus omnino annis perceperit. Illud mihi uſu eueniſſe uerax dixerim, pleraq; iam me ſcire, quæ annum agens ſextum (erat hoc tempus ſtudio meo litterario primũ) audire memini: adeo teſta recens diu ſeruat odorem, quo ſemel eſt imbuta: & uſq; adeo tenaciſſimi ſumus eorum (ut Quintiliani uerbo utar) quæ rudibus annis percepimus.

SEXTVM CONSILIVM DE PEDAGOGO ELIGENDO.

FInge modo ſubeſſe, quæ diximus, omnia: erit ſubinde parentibus perquam optime conſultum, ſi puero, quem litte

rariæ rei mancipandum decreuere, quempiam, cui pædagogo nomen indiderunt, adiunxerint, a cu-ius ille latere nunquam: ut Cicero ad Scæuolam deductus perhibetur: diſcedat, cuius comitatu melior ſit euaſurus. Eum autem eſſe oportebit cuſto-dem incorruptisſimum, uita integrum, ſermone pudicum atq; modeſtum, moribus grauem & ſanctum, litterarum haud expertem, uitiorum propulſatorem, ita, ut asſiduo puerum (cuius prima fere ætas, ut plurimorum, ad deteriora ſemper procli-uior eſt) a non tam malis operibus quam uerbis, & pie & acriter coerceat, & pudicum (quem uirtutis primum honorem ferunt) ſeruet ab omni nō ſolum facto, uerum opprobrio quoq; turpi, pudorē tueatur, a delitijs, riſu immoderato, obſcænis canticis, & ante omnia, a malo (quo nihil deteſtabi-lius) conſortio & meretricularum conſuetudine, dehortetur. Vnde fiet, ut puer nihil, niſi quod pro-futurum eſt, auditurus ſit, nec diſcet quod neſciſſe rectius fuerit. Deniq; domi curabit uti puer pro tē-pore, uel legat, uel ſcribat, uel lecta repetat, uel ignorata roget. Semperq; cogitet maximam pue-ro deberi reuerentiam, proinde nihil prorſus limina, intra quæ puer eſt, aut dictu fœdum audiant, aut uideant, cum omnes pleriq; turpibus ac pra-uis imitandis dociles ſimus. Qua re pueri annos nunquam cōtemnes, immo tibi peccaturo infans ille ſemper obſiſtet. Quorum ſingula tunc cuſto-

Margin notes: Cicero; Pedagogi de-scriptio; sententia; alia; Puero magna ſit re-uerentia; alia

dies,quando,quocunq; puer ierit,aſpicies,nec puerum miſerum diſcere finiueris, antequam uitia eſſe cognorit, ut compluſculis (prob noſtros mores) accidere nūc uideo, uidere & ſcire nollē.

CONSILIVM SEPTIMVM, DE GRATIA DISCENDI A DEO OPT. IMPETRANDA.

NON Potuerim hoc loco uerbis conſequi,quam a peruicaci iſtorum opinione diſſentiam,qui,ut nomine tantum Chriſtiani ſunt, & a Chriſti, quæ unica & uera in terris eſt,profesſione alienisſimi,eo deum diſcendi gratiam non rogandum autumant:quod æthnicorum plæriq;, & inter noſtrates uel pesſimi quiq; aliquando cæteris uitæ ſanctioris conditione anteſtant:quippe qui nec deum unq̄ grǣ præſidiū precati fuerint. Quos ueli mihi reſponſuros. Nū ſua illis (ſi mō habuerūt) doctrina ad uerā uel ſæculi uel cœli fœlicitatē ꝓfecerit? An ignoretur per q̄plurimos hmōi doctos habitos æterno ſe iudicio obnoxios, & ſuopte q̄dem reddidiſſe? Adfirmauerim ipſe nullā prorſus diſciplinā fore ad bene beateq; uiuēdū (cū tñ hac ſola cauſa

aurea ſententia

Non omnē ſcīam ad ſalutē ꝓdeſſe

artibus ſit opera impendenda) proficuam, quæ dei numine non ſit uel infuſa uel acquiſita. Quandoquidem memoriæ proditum conſtet, omne datum optimum, & omne donum perfectum, cuiuſmodi utiq; rerum ſcientia iudicatur, deſuper eſſe, a patreq; luminum, qui artium eſt bonarum fons & parens omnium, deſcendere: ſine quo & ille nō modo nihil auſpicandum, ſed nedum cogitandum eſſe inſonuit. Conſuluerim eam ob rem, uel ethnicorum exemplo, a puero litteras auſpicaturo Deum toto (ut fertur) pectore gratiam exorandum, Illi nimirum quæq; ſuorum operum principia a numine aliquo trahēda neceſſario, & a Ioue opt. Max. bene exordiri putarunt: nempe arbitrati quæcūq; ipſi uotis ac Deorum Dearumq; precationibus incœptarent, ea ſucceſſus proſperos habitura minime dubitandum eſſe: quod id ipſum a nobis meliori longe iſtis religione credi & par eſt & pium.

A do inci- piēdū

CONSILIVM OCTAVVM, DE LITTERARVM ELEMENTIS A PVERO INBIBENDIS.

QVoniam natura comparatum eſſe didicimus, ab illis fore quæ in quauis arte prima habētur, incœptandum, idq; or-

dinem expoſtulare naturalem: præterea ſuã etiã num eſſe ſtudijs infantiam & corporum mox for tiſſimorum educationem a lacte (uelut Fabius in quit) cuiuſq; initio nemo eſt qui nõ uideat. Non in iuria igitur puer primo litterariam palæſtram in greſſus a primo (ut aiunt) limine alphabeti litte ras, uirgulaſq; & elementa, cum pronunciantur, ex ordine adamuſſim perinde atq; in manu un gues & dulci uoce exprimere, & uenuſto chara ctere effingere laboret: quod efficiet, cum earum nomina, figuras, poteſtates recepto quopiam au ctore calluerit. Inibi etiam profuerit curaſſe, ut cum paruulus præceptoris inſcribendo manus du ctu ultra non indiguerit bene uelociterq; ſcribere is aſſuefiat. Deinceps ex litteris ſyllabas, ex ſylla bis uerba complecti, ex ijſq; ſermonem cogere in cipiat. Qua in re duo præceptorẽ monuerim: cũ, ne plura quã puer cape poſſit, inculcet, nec illum ad lectionem continuandam uel accelerandam, (niſi quando inoffenſa litterarum inter ſe conne xio citra ullam cogitandi moram ſuppeditare po terit) inſtiget, tum, ubi ſcribere nomina puer cœ perit, uocabulis aliquot: ut moris eſt, uulgaribus & uerſibus quibuſdam honeſtum aliquod monen tibus erudiatur, quo inde ſcribendi imitationem & morum rationem ſuſcipiat.

Quitiliani dictum

DECIMVM CONSILIVM, DE GRAMMATICA ELEMENTIS LITTERARVM IMBIBITIS CAPIENDA.

COgnitis litterarum primordijs, puer
lætabundus ad grãmaticen, primum
cui Methodici nomen, deinde, cui hi- Me-
ſtorici, artiũ oĩum magiſtrã: & baſim thodi
adproperet: quam uel eo præ cæteris exoſculetur, ce
qđ abſq; ea nullã aliarum diſciplinarum cognoſcet, tũ, Hiſto
q̃ a pueris neceſſaria, ſenibus iucũda, dulcis ſecreto rice
rũ comes phibeat, & quæ uel ſola oĩum ſtudiorũ
genere plus habeat opis q̃ oſtẽtationis. Hinc mini
me eos tulerim, q hãc ipſam, ut tenuẽ ac ieiunã nu
gantur, quæ niſi cuiq; arti (ut Fabius ait) funda- Fabi⁹
menta fideliter iecerit, corruat neceſſum ſit quic
quid ſuperſtruxeris. in ea autẽ, cũ ſit ſcribendi re
cte loquendiq; magiſtra: puer litterarum, ſyllaba-
rum, uocum & ipſius orationis uim, proprietatem
quoq; perdiſcat, conſonantes, quas dicunt, a uoca
libus diſcernere, ipſaſq; in ſemiuocalium, muta-
rumq; numerum partiri. Noĩa in primis declinare
& uerba, genera, caſus, numeros, & alia hoc ge
nus neceſſaria, ſyntaxim haud quaq̃ negligere: qđ al'r
ad intellectũ puenire ſequẽtiũ nõ poſſit. Quo cir-

Par/ua nō eſſe ſpnēda

ca tanquam parua, ad remq; minus conducentia nemo ea ipſa faſtidiat, præſertim, quod cōpluſculos, illis ignoratis, fruſtra ad maiora conuolare memini, immo robuſtiores aliquando a litteris omnino deſperare. Eſt itaq; ſummopere cauendum, ne illud a puero temporis, quod maximum eſt, aut luxuria, aut deſidia, aut indulgentia licentiaue perdatur, eoq; minus, quod initia litterarum tum percepta, tenaciſſime ſunt duratura. Cæterum, ut ſummatim omnia perſtringam, uelim puerum grammatices ſtudioſum orationis partes ſoluto ſibi reddere uerſu, & pedum proprietates, quæ carminibus inſeruiunt & oratoriæ, addiſcere, quæq; barbara ſunt depræhendere, quæ incongrua, & contra loquendi legem impropria non ignorare: orationis figuras. tropos, ſchemata, cōtextum & ordine præceptis reguliſq; (ut nunt fieri ſolet) diligenter expiſcari, interimq; eos, qui non tam ſermonis decore, quam ſententiarum grauitate præſtant, omni, quo poteſt ſtudio legere.

VNDECIMVM CONSILIVM, A QVIBVS GRAMMATICA SIT SVMENDA.

QVia eo noſtris temporibus peruentū eſt, ut grāmatice nō ſua ſponte, uelut olim, ſed & præceptis & regulis ſe noſtris ingerat animis, erit hac in parte puero impenſe curandum, ut eorum præceptionibus innittatur, qui primas in ea ipſa arte tenere cenſentur: & ab optimis quibuſq; eam hauriat auctoribus, ne ſi uitioſis primum inhæreat, labor ſit uitia dediſcenda maior quā a principio noua, quæ recta ſunt, imbibere: demum, quod Alexandro magno, uſu eueniat. Tradūt ſane auctores regē illū Macedoniæ lōge potētiſſimū a Leonide, q hui⁹ fuit pædagogus, uſq; adeo qbuſdā uicijs corruptū, qđ uel ea regē iā robuſtū & maximū ab puerili illa īſtitutiōe ꝓſecuta fuerint. Hinc cōſulo, ut puer optimos ſtatī ꝑceptores, ſic ēt auctores, qui optimi ſunt, mox ſibi legēdos eligat. Si quæſierit, quos ipſe lectione, præſertim grammaticarum inſtitutionum dignos indicem, reſpondere haud aggrauabor. Primo Donatum, quo duce iactis declinationum & cō

Alexāder Magnus

Donatus

Grammaticorum catalogus — iugationũ fundamẽtis. Ex antiqoribus Diomedẽ, Seruiũ, Sergiũ, Caprũ, Phocã, Aſpeꝝ, Probũ, quintilianũ, Priſcianũ, quẽ ego ut Grãmaticoꝝ principẽ nunq̃ nõ legẽdũ eẽſeo, adeo nullũ ille grãmaticæ ſubtilitati locũ reliqt. Inter neotericos Nicolaũ perottũ, Sulpitiũ, Laurentiũ uallã, Mãcinellũ, Aldũ Manutiũ, Curiũ Lãcilotũ, oẽs Italos. Ex Germanis noſtrũ Eraſmũ Roterodamũ, quẽ nõ iniuria doctrinaꝝ maieſtate antiqs cõnumerabis, in eo libro, quem de uerboꝝ & reꝝ copia nõ tã erudite q̃ cõcinne ſcripſit. hoſq; oẽs q methodicen ꝓfitentur. Ex hiſtoricen ꝓfitẽtibus comprobarim, Probum, Seruium, Donartum, Vergilianos interpretes. Apud Flaccum, Acronem, Porphirionem, Mancinellum, Britãnicum, Landinum. Apud Statium Lactantium, Placidum: ex recentioribus, I anũ parrhaſium, Philippum beroaldum, quintianum Stoam, Antonium ſanenſem, Danielem caietanum, Baptiſtam pium, Raphaelem Regium, in Plinium Scodrenſem Becichemum, quo doctore gloriamur. Ex Germanis Vadianum meum, heluetiũ, uirum polyhiſtora. Sunt & alij pleriq; noſtræ ætatis omni eruditione conſpicui, quos ſuo loco in cathalogo noſtro de uiris doctis noſtri ſæculi, uiritim fideliterq; recenſebimus.

Priſciani laus

Neoterici Grammatici

Copia eraſmi

Cõmẽtatores

DVODECIMVM CONSILIVM QVI AVCTORES POST AC CEPTAM GRAMMATI CEN, AD COMPA RANDAM ELE GANTIAM, ET SERMO NIS PV RITATEM SINT LEGENDI.

CVm iā puer ī grāmatices præceptioni
bus ſat uiriū fecerit, ac cōgruū orōnis
cōpōnē norit, ſubſequens ei cura in cō
parāda eiuſdem elegātia & puritate
erit. Q ua una qdē re arbitror a deo illo opt. ma
xi. hoī, nec pſtātius, nec utilius, nec laudabili9, Hora
nec, qcq̄ diuinius datū, adeo, ut uerisſime ab Ho tius
ratio q̄ſitū ſit, quid foueat dulci nutricula maius Laus
alūno? quā ſape, & fari posſit, q̄ ſentiat. Stude æloq̄n
būt eapp adoleſcētuli moneo, eā oīum artiū ma tiæ
giſtrā, & unicū tā iuuētutis q̄ ſenij delitiū toto
(qđ aiūt) pectore exoſculari. Q ua duce, eſto qđ Latini
cæteras (qđ tñ diſſuaſeri) diſcīplīas poſt hēant, tatiſtu
īmortalitatis nomē poſteritatí facile ſint relictu dédū
ri: deniq; q̄ad uitā egerit laudē nō īfimā aucupa
turi. Noui ego nō paucos, q p̄ cæteris nō mō do
ctiores ſed pinde atq; numīa ſola dicēdi laūe ele
gāterq; pitia haberi: ſubinde ex oībus dignita

tum culmina haud difficulter primos aſcēdere. Mirū utiq; eſt, quam unica ſermonis culti uirtus hoīes uel principes adficiat cōmoueatq;. Hinc ex adoleſcentulis neminē tam dura ceruice putarim, qui hac ipſa diſciplina non magnopere præſtare cupiat, modo quo poſsit compendio in dipiſci roget. Cui ego: quoniam bene loquendi uis non tam natura (uti pleraq; propemodum omnes artes) quam aſsidua bonorum auctorū lectione conſtet, non alienum fuerit demonſtrare ex infinitis paucos (nam quis ſingulos perſequi tentet?) a quorum lectione ſermonis cū copia tum uenuſtas ſit petenda, quiq; dicendi facultatem præbeant. Intererit autem puerorum, q ſint his ſimillimi, iudicare, ne quærant a nobis ſilentio inuolutos, quos ipſi ualde ꝓbant. Fateor equidem longe plures legendos eſſe, quam quos nominabo, cum & ex aliorū ſcriptis ſæpe multūq; adiuuari poſsint. Perſequar tamen hic tantūmodo ex quibus præcipue illos emunctos exiſtimarim euaſuros: quorum ingenijs immorari & nutriri cōmodo fore uidere uideor, ſi, quod in animo fideliter ſedeat, trahere deſyderarint. Ita ſumma quærenda ratio eſt, ut ex omni ſcriptorū genere eos primum eligant, quos lectu digniſsimos perſpexerint, ut inde tempore etiā non magno omnes euoluere poſsint, qui in latinoꝝ (de græcis alias mihi ſermo erit) albo relati ſunt.

Ex poetis itaq; (nā id genus authores maxime iuuentuti legendos ſuaſerim) primus omnium ſit Virgilius, poſt hunc Ouidius, Horatius, Lu/canus, Silius italicus, Valerius flaccus, Statius, Lucretius, Manilius, Claudianus, Iuuenalis, Per ſius, Catullus, Martialis, Tibullus, Propertius, Plautus, Terentius, Seneca tragicus. Ex neote/ricis Baptiſta Mantuanus, Iouianus pontanus, Eliſius calentius, Stroſa uterq;, Richardus Bar tolinus. Sunt & alij multi ex Germanis qui ſuo tempore oportunius nominabuntur. De Italis iu dicium meum nequaquam interpoſuerim: quan do ijs ſemper in litteris politioribus palmam de tulerim. Ex oratoribus & rethoribus ſuffecerint Cicero & quintilianus, quos diu & noctu in ma nu uerſandos cenſeo, coniunge illis, Plinium iu/niorem, quem ad terſum dicendi genus adipiſcē dum Ciceroni omnino parem ducerem, ni uere/rer Clariss. doctoris noſtri Marini Becichemi Scodrenſis, quo nec Ræthor nec Orator melior hodie uiuit, auctoritatem, qui Sidonium, qui hu ius erat ſententiæ, facundiſſime refellit. Cuius q dē Becichemi iudicium, & Iodocus Badius ſe/quitur eius uerba ad litteram tranſcribens, & doctiſſimus quiſq; iure, meritoq; probat. Quid autem de utroq;, tam Cicerone q̄ Plinio in uni/uerſum ſentiam ſubſequenti, quod nuper epi/ſtolas plinianas patauij interpretaturus luſcrā,

poetas eē legē dos

Qui autho res ſint legēdi

Neote rici poete

Orato res

Laus plinia na cū epiſtu laꝝ

Iodo cus ba ſius in cō. ep. Ci. pri mo.

Epigrãmate protreptico ſignificauimus.

Lector amice rogas, quo nã duce terſa loquelæ.
Dogmata terſiloquæ ſint capienda tibi?
Conſultus referam. Cicero ſit prima, Secundus
Plynius Auſoniæ palma ſecũda togæ.
Diuerſi patria, pariles ſermone, ſed ambo.
Huncce Nouocomum, Roma ſed illum aluit.
Conſule Roma illo felix, prouincia felix.
Hoc rectore fuit: utraq; utroq; micat.
Qualis uterq; ſtilo fuerit me iudice, paucis
Expediam uerbis. ſim niſi ſutor iners
Ille q̃dem nitidus, multus, prædulcis, at hicc eſt
Floridus, & ſucco cum breuitate madens.
Ille uber uerbis, huic eſt ſententia ubiq;
Denſior, Illi addis nil, nihil huic adimes
Ille eſt facundus, candore repertus, hic. illi
Naturæ, curæ plus q̃ huic inerat
Paruus eratq; illi labor, at meditata frequenter
Hunc perpenſa ſolent condecorare uirum.
Ille erat & facilis, pariter ſermone beatus:
Hic terſus, cultus: doctus uterq; fuit,
Illius haud tantum laudatur epiſtola, quantũ
Huius, at hæc doctis ipſe remitto uiris.
Ex Cicerone tuo facilis, ſuccinctus & ex hoc
Euades, ambos ſedulitate legens.

FINIS.

Ex hiſtoricis, qui plurimum habent & eruditionis & rerum geſtarum memoriæ, T. Liuius. Saluſtius, Cæſar. Q. Curtius. Ex ambiguis ſcriptoribus qui miſcellania & Cyclicam quãdam exhibent, & alicubi non minori latinitate quã eruditione, quæ omnium eſt in illis rerum præcipua, redundant. Ex uetuſtioribus ſit Plinius ueronenſis, Gellius. Ex Chriſtianis, Cyprianus, Tertulianus, Lactantius, Hieronymus, Ambroſius. & ſi qui ſunt horum ſimiles, Ex recentioribus, Angelus, Politianus, Hermolaus barbarus, Laurentius Valla, Philelphus, Petrus crinitus, Georgius merula, Domitius Calderinus, Philippus Beroaldus, Antonius Codrus, Calphurnius, Baptiſta meus Egnatius, Antonius Sabel. Cornelius Vitellus, Galliotus Narnienſis, Laurentius Abſtemius, Marinus Becichemus Scodrenſis præceptor meus omnium rerum notitia longe primus & morum dexteritate, iudicij quoq; rectitudine nemini ſecundus, & ipſius Becichemi diſcipulus, Quintianus Stoa, noſter quoq; præceptor nunquam pœnitendus, Ludonicus Celius, Andreas Alciatus Mediolanẽſis uterq;. Adde ijs Eraſmum noſtrum Roterodamum præſentis ſæculi & inclytæ Gemaniæ decorem. His omnibus poteris: ni faller, tuas horas ad decorãdũ linguæ latinæ cultũ intrepide collocare, qb⁹ olĩ: Dijs fortunate fauẽtib⁹ ſylua

Hiſtorici
Ambigui ſcriptores
Chriſtiani auctores
Neoterici
Marini becichemi laudes
Quintianus ſtoa
Laus eraſmi roterodami

las noſtras, cũ fœnore adijciemus. Sed quos imitari, quos ob eruditionem tm̃modo legere, quos oĩno effugere habeamus, idẽ ille præceptor noſter Becichemus diuino potius, q̃ humano præcepit ore, docẽs q̃ neceſſaria ſit oib⁹ imitatio, quæq; in imitatione ſeruãda, & q̃ ſit neceſsitas, quiq; modus imitatiõis, ac cicerõianæ laudes pcurrit.

TERTIVMDECIMVM CONSILIVM, AN ET QVO MODO GENTILES VT ECCLESIASTICA LINGVA NVNCVPAT SCRIPTORES SINT LEGENDI.

Scio a nr̃is certatim ſæpius dubitari, cũ æthnicorũ qſq; ſuos retulerit principes & auctores ethnicos, ut Virgilius Homerũ, Horatius Pindarũ, Cicero Demoſthenẽ, Theophraſtus Ariſtotelẽ, Auicena Galenũ, an alios cõueniat xp̃ianis iuuenibus quam xp̃ianos legere, audire, ſeq.? Sunt q gẽtiles, quos eccleſia uocat, oĩno reijciẽdos autumãt. ſunt qui in diuerſum eũt, in quorũ & ego ſñiam meopte

ingenio ſum iturus:redderēq; rōnem, meo iudi-cio,irrefragabilē, niſi a Baſilio magno uiro iu-xta doctiſſimo atq; uita ſanctiſſimo idipſum rei ad unguē ptractatū eſſe,pſpectū haberē. Velim pinde oē ſcriptoꝝ tā ſacræ q̄ pphanæ religionis genus legēdo excoſſum ire: maxie qđ ille nullū dixerit libꝝ eſſe tā malū,q nō aliqua ſui pte p-ſit,& ſæpe a cōcionatoribus,qđ peſſimū in ipſis aduertētes nos ſubide præterfugimus:quo forte aliqñ notaremur ſi in alio nō pſpexiſſemus. Hic gētiles auctores,qm̄ ſæpe & eruditiōi & ſermōis elegātiæ cōferūt,eatenus cōſulo legēdos quate-nus nihil,qđ a bonis moribus alienū ſit,pdocēt. Ex qbus ædepol quæ optima plane ſunt & uti-lia excerpēda monuerim:id qđ Moſem Danie-lē uiros oī ſanctimonia decantatos facere ſolitos pdic̄. Abſtinēdū tanq̄ a Syrenaꝝ cātilenis ſua-deo ab illis ea in parte,ubi uel nefarios aut deo rū aut hoīum cōcubitus, amores, cōtumelias, cauilla,ſcōmata,ebrietates, & hoc genus pluri ma ſcelera, quæ optimus qſq; audire abhorret, recēſent. Prauis enim aſſueſcere ſermonibus uia plærūq; eſt ad rē ipſam. Cauēdū itaq;,ne ſermo-nis uoluptate pueri deliniti prauū aliqd ſimul, tanq̄ ex ueneno cum melle cōcinnato inſumant. Qua in re præceptor facile puidebit,q & uirtu-tibus & bonis artibus præfulgeat. Cōſuluerint tñ etiānū ſibi ipſis pueri,ſi apes aīalia oīno pru-

Baſilius Magnus

Moſes Daniel

Apū eſſe naturam mirandam

dentia ſunt emulaturi. Illæ namq; licet uarios peruagentur flores & carpant, ad mella tamen conſtipanda modo ſuccũ, qui utilis ſit, afferũt.

DECIMVMQVARTVM CONSILIVM, VTRVM IN PATRIA COMMODIVS QVAM APVD EXTEROS PVERI ERVDIANTVR.

NOn me latet, pueros plærumq;, ubi paululũ ætate adoleuerint, & lr̃arũ rudimẽta quodãmõ iecerint, externas inuiſere regiões, uel (ut prætẽdũt) ſtudij gr̃a eſſe auidiuſculos: ecõtrario parentes non uulgariter hæſitare, an id ipſum ꝓfuerit, aut quo tꝑe utilius ſit. Qua de re ſuboriri quæſtionem non tam arduam q̃ ꝓſpicuam animaduerti. Quæſitus reſpõderim: aduleſcentulis aliquoties non diſpendio fore, ſi & ætate & moribus bonis inſtituti, ad externas quoq; gentes rituum, moꝝ diuerſoꝝ agnoſcẽdorum, ac etiam linguarum uarietatis ꝑdiſcendæ & animoſitatis cuiuſpiam, quæ tum acquiritur cum apud multos fuerit nobis conſuetudo nanciſcendæ gratia ſe contulerint, modo illuc profecti litteris impendio adhæreant, uirtutes ad-

mirent,uitia fugiant,patrimonia nō dilapidēt, Meminerint quoq; ſemp a parentibus eo ſe tanq̄ ad mercaturam bonaꝶ artiū miſſos,unde indoctos & inanes redire uitio ſibi ſit maximo,parētibus dedecori,& urbi,in qua egerūt,& præceptori,quem audiere,dehoneſtamēto. Sed quam ipſum nunc a pleriſq; ſiniſtre obſeruetur,notius eſt queam ut dici queat. Ego mediuſſidius ĩdoleo honeſtatē tam oĩno in nullo eſſe precio,& ſolū, qđ turpiſſimū eſt,quēq; imitari. Præterea etiam nū ampliora plerūq; improbitati & nequitiæ q̄ uirtuti atq; pudori conferri præmia. Quotus enim quiſq; ſit,reris,q uel diſciplinis uel uirtutibus melior redditus aliūde p̄ram reptat?ne ſcio e nĩ,quos nūc iſti, ꝑfecto deteſtādos mores & uitia abominabilia (ſolēt enĩ foris,cū nō hn̄t quē timent,licentia eſſe ſolutiores, fluentiores, deteriores) ab exteris terris ad p̄rios afferūt lares:mallē ego,ſi ita cōtigerit illud Flacci audir̄. Cœlū nō aĩum mutaſſe,q trās mare currere, Quo circa tutius forte erit ĩ tāto reꝶ paulo pueros domi & ĩtra parietes cōtineri:mō adſint p̄ceptores,q̄s & doctos & uita ĩtegros ciuitatum primores cōſtituere dēnt. In p̄ria enĩ liberos diſcere potiſſimū fuerit:cū nullibi q̄ ĩ p̄ria aut iucūdius morari,pudicius cōtineri,& caſtius quā ſub parētū oculis ſeruari poſſint,nec miore ētnū ſūptu q̄ domi. Sæpe.n.plus pecūiaꝶ filijs ĩ uiati

ca, quæ peregre emuntur, parentes impendunt
quā mercedibus domi præceptoribus, quos sin
gulares ab opulētioribus ciuitatū cōduci opor
teret. Poterūt ſane parētes patriæ liberis nihil
præſtare aut honeſtius aut gratius, qui educa
ti in patria & nati ſtatim ab infantia natale ſo
lum amare, frequentare cōſueſcēt. Quid? quod
ex noſtratibus aliquot noui magno & excellenti
ingenio uiros & moꝝ ciuilitate ſpectatos, reꝝ ſa
pientia famigeratos, doctrina claros, q patriæ
fines nunq̄ egreſſi nec Italiā, nec Galliā, nec Hi
ſpaniā, nec Angliā aut quāpiā aliā regionē inco
luere ſed ne uidere qdem. Cæteꝝ ſi oīno foras de
ſtinarint pueros ipſi parentes eorūq; ſtudia ex
tra limen ꝓferenda cenſuerint uideāt uelim, ne
illos exire ꝑmittāt, niſi illoꝝ & corporis & inge
nij uires nouerint, & boni mores in ipſis firmiter
radices egerint: uitioꝝ ſint cōtemptores, nō ſcor
tatores, bibuli, luſores, & nepotes, demūq; ma
turā habeāt ætatem, cui annos minime definie
ro: illos præterea cuidam uiro, q inculpata ſit ui
ta, ſeuerus, pudicus, in primiſq; caſtus cōiūgāt,
ac cuius: ut ſupra de pædagogis admonui: late
re nō ſint diſceſſuri. Eſt enim illis in hac tempo
rum licentia non tam opus præceptore q̄ recto
re, cuſtodeq;. Deteſtabor itaq; hoc loco, qui pue
ros pene adhuc rationis idigos uel ī Italiā, uel
Galliam, uel hiſpaniam, aut alio mittūt quo rei

eos fore utiles ſperent,minus uideo. Velim illos inibi pauculos dũtaxat dies adeſſe,& uidere qd boni illic capent. Nihil certe ijs pueris (Cũ in hoc lubrico ſint uetatis) malitioſius & ad oẽs corporis illecebras pnius, & ad xpi religionẽ frigidius excogitari poteſt. digni me hercle ali quãdo (nolim tñ iracundus intemeritatem meã uerſum iri modeſtiã) ut uel Neptuno uel Vulca no, priuſq̃ tam deteſtãda uitia in patriam infer rent, conſecrarentur. Monitor moneo hmõi cen tenarios pueros & triobolares aratro mãcipẽt, uelut fullones aut cerdones aut quoſuis alios do mi artifices agãt, tum enim illos deo futuros lõ ge chariores iudicauerim. Neptunus Vulcanus

DECIMVM QVINTVM CONSILIVM QVO PVERI SVO TEMPORE LOCI SINT MITTENDI.

SI ſubinde cõmodũ fuerit uiſum pa rẽtibus alio ex patria tranſmittere pueros. Principio uix quempiã pba tis moribus, qq; uarias pagrarit re giones cõſulendũ inq̃ de loco, q ſit cælo tẽpera

tus, hominibuſq; morum ciuilitate prædıtus pace tranquillus, fidei ſanctæ & uirtutis laude, uiriſq; eruditis percelebris, ubi quoq; ſit ſcholaſticorum copia: nam omnino ibi puerū eſſe uelim, ubi in aliquo ſit numero, ne (ut Cicero ait) ſolus ſapere uideatur. Caueant præterea ſummope parentes ne illos deſtinent, ubi ĩproboꝝ & eorū quidem conterraneorum ſit ſodalitas, qua ad animos iuuenum corrūpendos, ſeducēdos nihil uenenoſius reperies. Inibi enim ſemper magis ferculorum patina quam ſtudiorum pagina curatur, nec uel honeſti uel uirtutis apud eos ratio habetur. Cætera eo accommodata per ſe prouidi parentes encogitabunt, & præcauebunt quæ nociua fore præſenſerint.

Cicero

DECIMVMSEXTVM CONSILIVM, QVID ADVLESCENTVLO EO, VBI FVTVRVS ESSE VELIT, DELATO, FACIVNDVM SIT.

ADuleſcens patriam egreſſus, & eo, ubi uitam acturus eſt, delatus, primũ ſibi hoſpitẽ quẽpiã, q honeſtus honeſtam habeat familiam, quærat. Quo inuento ac rebus, quæ ad corporis ſuſtentationem oportunæ ſunt paratis, deliberet ſubinde & ingenij & naturæ uires examinans, cui uelit arti perinde atq; ſibi magis neceſſariæ & proficuæ operam nauare. Ante omnia quidem conſtituẽdum eſſe ſapientiſsimi quiq; conſuluerunt, quos nos & q̃les eſſe uelimus, & quo ĩ gñe uitæ. Debẽt enĩ ab ieũte adoleſcẽtia q̃ſq; hoc ſibi uitæ genus cõſtituere, qđ maxĩe amat, q̃ſquẽ ad bñ beateq; uiuẽdũ ꝓximũ ſit. Quæ ipſa deliberatio, q̃a plæriſq; uiſa eſt difficillima, herculẽ cõſulo imitãdũ. Hũc ſane pubeſcẽtẽ (aiũt.n. illud tꝑs a natura ad deligẽdũ quã q̃ſq; uiã uiuẽdi ſit ĩgreſſurus, datum) exijſſe ĩ ſolitudinem cõmemorant, atq; ibi ſedentem diu ſecum multumq; dubitaſſe, cum duas cerneret uias, unam uoluptatis, alteram uirtutis utram ingredi melius eſſet. Habita

Herculis deliberatio

Pubertas

itaq; diſciplinæ pdiſcendæ & deliberatione & electione litterariã palæſtrã ſubintrãs oẽſq;, qui pfitentur, audiens præceptorẽ ſibi eius, quã amplecti decreuit, artis doctum ad hunc pene modum, quem paulo ſupra indicauimus, deligat, delectum ſtudioſe audiat.

DECIMVMSEPTIMVM CONSILIVM, DE STVDII LOCO QVALIS AD QVAM COELI PARTEM ESSE DEBEAT.

Muſæum

HIs, quæ diximus, ita conſtitutis de loco ſubinde ſtudij ratio eſto proxima. Vbi & ipſi etiãnũ qđ nobis factu utile uidetur, ſilentio haud quaquã præteribimus. Muſæũ (ita locũ, ubi muſæ. i. bonæ artes coluntur, noĩamus) illac collocabimus, qua futurũ eſſe poſſit uſui maxime, qđ fiet, hoc ſeruato naturæ decoro, ſi cubiculis & bibliothecis ab oriẽte, quæ cœli pars cũ bonæ ualitudinĩ tũ alacritati plærũq; (nõ cuiuſuis hoĩs naturæ rõ habeat) cõducit, lumina capientur: ſed pina

Orientalis pars

cothecijs,& qbus certis luminibus opus eſt pa-ribus,a Septẽtrione,quod ea cœli regio neq; ex-claratur,neq; obſcuratur ſolis curſu,ſed eſt cer-ta & die perpetuo immutabilis. Quem ubi in eum modum diſtribueris,curam deinde adhibe-bis,ut ille mundus ſit,bene olens,ſordium uacu-us,quietus item,& tranquillus,a fabrorum,cau-ponumq;,hocq; genus hominum irrequietorum officinis longe diſiunctus,qui nec nocturnos,nec diurnos ſufferat ſtrepitus,nec fluctus aquarum, murmuraq; uicina foueat. Quis enim ambiget locum ſtudio litterario ſecretum & quam altiſ-ſimum ſilentium maxime cõuenire? Ea propter non e ueſtigio audiendos cenſuerim,qui uel ani-malia uoluptuaria,ueluti auiculas,gallinas,uul-pes,ſimias in locum ſtudij conferunt,uel eo ſtu-dio apta iudicant nemora,ſyluaſq;,quoniam il-la cœli libertas,lociq; amœnitas ſublimem ani-mum,beatiorem quoq; ſpiritum reddant. Fallun-tur meo iudicio,quod quæ delectant,ut illa,mul-toties animũ ab intentione operis deſtinati auo-care ſolita ſint. Siluerim nunquam ſe animũ bo-na fide in multa intenſurum,adeo ut quocũq; re-ſpiciat,intueri deſinat,quod propoſitum fuerat. Tutius ergo ea in re Demoſthenem inter græcos oratores longe principem imitabimur. Solebat ille ſe in locum,ex quo nulla exaudiri uox, nihil proſpici poterat recipere; hocq; illum factitaſſe

Septẽtrio

Locus ſtudij

Demoſtheni cus ſtudij modus

animaduertimus, ne aliud agere mentem coge/rent uel aures uel oculi, quæ ſæpe obiecta moue re conſuerunt.

DECIMVMOCTAVVM CONSILIVM, AN PLVRIBVS DISCIPLINIS PVER OPERAM POSSIT ACCOMMODARE, QVIDQVE INIBI FACTV SIT OPTIMVM

IN ſuperioribus uideor mibi non ex tra ſcopū conſuluiſſe, qñ puero unā artium ex oĩbus præcipuā deligen dam ſuaſerim, illiq; uni ipſum intē/ dere, quæ eius naturæ plurimū con gruere arbitraretur: eūq; ex re facturum: quo ſua ſe natura feret notare, & ita ei accōmodatu rū diſciplinæ, in qua facile poſſit excellere. Ne/ mo igit̃ iure certā ſtudioꝝ electiōem diſſuaſerit. Qñqdē alius Muſicæ magis idoneus, alius poe ticæ, alius hiſtoriæ, iuris ſtudio alius ſit aptior: qd̄ uſq; adeo ueritati innitit̃, ut Iſocrates ille cū d̄ Ephoro, atq; Theopōpo ſuū interponeret iudiciū

Iſocrates

Ephorus

Thepōpus

alteri frænis, alteri opus eſſe calcaribus exiſtimaret: qđ uel in illo lẽtiore tarditatẽ, uel in illo pene p̃cipiti cõcitationẽ adiuuandã, hacq; re utriuſq; naturã intermiſcẽdã duceret. Recte itaq; puer ingenio obſequet, ut in eã potisſimũ diſciplinã, ad quã is natura uocat, ĩcũbat. Nõ tñ ꝑtin⁹ eo me opiniõis detruſum q̃ſq̃ putet, ut orbẽ doctrinæ illũ, quẽ græci dicũt ἐγκύκλοπαιδείαν ĩprobẽ, ꝑinde atq; negẽ plures una poſſe quẽq̃ doceri artes. Id qđ tñ abeſt adſeuerẽ, ut oĩno ſuaſerĩ adoleſcẽtẽ, cũ grãmaticẽ doctus ſit, plurib⁹ una diſciplinis ĩbuẽdũ. maxĩe, qđ q a teneris annis eruditiõibus uarijs ĩſtruũtur, oĩb⁹ l̃ris agnoſcũt eaſdẽ notas, cõicationẽq; oĩum diſciplinaꝝ, & ea re facilius oĩa agnoſcũt. Inſup, qđ pulchrius q̃ de ſingulis, de qbus rogatus dicere qs fuerit, doctrinis iuxta reſpõdere, atq; diſſere poſſe. Adde neminẽ unã poſſe artem abſq; aliaꝝ adminiculo uel addiſcere uel profiteri: adeo quæq; alteri, quaſi catenulis, conglutinata eſt. Iuuabit & aliquoties eam, tui præcipue operã impendimus, artẽ alienis, & ijs qdem feſtiuioribus litteris condire. Nec decebit nouos parantem amicos, ueterum obliuiſci. Ita pariter non inhibuerim ad ea nonunquam ſtudia reſpicere, qui diuerſæ ſe addixerit diſciplinæ, & qui iuris factus ſit alumnus ad bonas obiter litteras recurrere. Quas ob res propemodum illi, qui inter doctos

Plura ſcire pulchrũ

Amicos ueteres eẽ diligẽdos Similitudo

Plato nis p̄fectio Athenę. Pythagorri. Aegyptij ſacerdotes

ſe uelit eſſe & habendum, plurium artium ſciētiam non tam iucundam & honorificam, quam fore neceſſariā adfirmarim. Hocq; Platonis philoſophoꝝ eminentisſimi argumento facile mihi perſuaſerim. Illum namq; diſciplinis, quas præſtare Athenæ poterant, minime contentum, nec Pythagoreorū, ad quos in Italiam nauigarat, Aegypti etiamnum ſacerdotes adiiſſe, eorumq; arcana p̄didiciſſe ſeriæ fidei auctores perhibuerunt. Quo circa adulescens litterarum amore flagrans, in unaquaq; diſciplinarum ſuam ſibi partem uſurpabit, uni tamē, uelut peculiari, p̄cimum ſe dicabit. Norit itaq; & Muſicen & Dialecticen: Geometriam, Aſtronomiam, Iuris pitiam, & alias compluſculas artes non ignoret.

DECIMVMNONVM CONSILIVM, QVO MODO PLVRIBVS ARTIBVS INSVDETVR.

NON ignorauerim minime multos, alioqui uiros iudicij integritate cōſpicuos, mecum in ſententiā ituros, immo aduerſus me frontem contracturos, quod proxime conſuluerim ac perſuaſerim poſſe puerum abſq; diſpendio plura uno it,

eodemq; tempore perdoceri: negatoros quoq; tõ pertum habeo, & Adagio, neſcio quo, apud tonſores protrito, mihi obſtaturos. Singulis intentum non eſſe ad ſingula ſenſum & ubiq; quæſitum, nuſquam tamen repertum: eum deniq, nullibi eſſe, qui ubiq; ſit. Illiq;, quod peregrinãtibus uſu euenit, qui cum multa habeãt hoſpitia, nullas habent amicitias. Quibus, & horum ſimilibus, argutiolis nimirum inficias eunt, pluribus uel eodem tempore puerum inſtituendum diſciplinis. At inquam ueritati apud eos locum manere nullum, perinde atq; putent ea artium multitudine diſcentis animum confundi, ac fatigari tot diſciplinis in diuerſum tẽdẽtibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſe ſufficere poſſit. Sentirent indubie mecum, ſi quam ingenij humani natura ualeat, quam hæc ſit agilis & uelox, quam non poſſet aliquid ſemper agere unũ, quamq; docilia eſſent puerorum ingenia, priusq̃ obdurarint. Inquam igitur atq; iterum commode puerum pluribus inſtituendum artibus, nec diſciplinarum diuerſitate in diuerſum iri diſtractum, modo horæ ſtudij rite & ſuo quodam ordine collocentur. Idq; exemplo Citharœdi, qui, ut adſolet, ſimul & memoriæ & ſono uocis & pluribus flexibus inſeruit, interim alios neruos dextra percurrente, alios leua trahente, continente, præbente, adeo ut pes minime ocioſus certã

Adagiom

Natura humana uerſatilis

temporum legem ſeruet. Quid, quod pluribus ſtudijs horas diducentes, uarietate ipſa animos reficimus, mutatione recreamur, uti ſtomachus quem pluribus cibis minori faſtidio ali conſtat. Addiderim quoq; ſubciſiua quæ dicunt, tempora alioqui perditum iri, ſi inſtar cōſilij noſtri res nō perficeretur. Tu igit̃ & grãmaticæ deſeruies, Logicen amabis, Muſicen non excludes, Geometriam & ſingulas ad fœliciter uiuendum artes toto uoto exoſculaberis, ita, ut uere polihyſtor dici poſsis: cuiuſmodi uel noſtris etiã tẽporibus eſt inuenire cõpluſculos, qui adeo oĩbus diſciplinis pollẽt, ut in ſingulis ſoli uerſati uideri queãt. Verũ inquiunt illi, quibus noſtra obolẽt conſilia, quam in tot ſcientijs pdiſcendis uiam præſcribis? aut qui ſingulas amplectendas doces? qbus ego contra. Nolim nauſeant, perinde ac, quod nunq̃ fieri poſsit, retuliſſem, qñ tm̃ diſciplinarũ numerũ perdiſcere & memoria continere queq̃ dixerim. Nõ enim grãmaticum, ut Ariſtarchũ, ſed nõ a grãmatõ expoſtularim, Muſicũ ut Ariſtoxenũ, ſed nõ a Muſon: Medicũ, ut Hippocratẽ, ſed nõ a mictrologeton, Philoſophũ ut Ariſtotelem, ſed philoſophiæ nõ exptem, nec in cæteris doctrinis ſingulariter excellentẽ, ſed in his nõ imperitũ. quis enim in tot tãtiſq; artiũ uarietatibus ſingulares elegantias conſequi poſſet? Suffecerit proinde puero, ſi ex ſingulis doctrinis

Ariſtarc. Ariſtoxenus Hipp. Ariſt.

partes & rationes earum mediocriter habuerit notas, eaſq;, quæ ad diſciplinā, quam habet præcipuam, neceſſariæ ſunt, callere: ita, ut ſi quid (uelut ſæpenumero ſolet) de his rebus & artibus iudicare & probare opus fuerit, ne ignauus omnino ſuccumberet: quāquā laudabilius utiq; foret, ſi naturæ beneficio uel uſu ſingulas diſciplinas penitus poſſet habere notas, quod tamen ſperare difficillimum diiudicarim.

VIGESIMVM CONSILIVM, DE DIALECTICA ARTE PLVRIMVM NECESSARIA, QVODAM COMPENDIO PERDISCENDA.

DEcreueram hoc loco plurimis in uniuerſum artibus uiam quandam compendiariam me præſcripturum, niſi Dialecticorum de

quibus paulopoſt dicemus, lege admonitus Har
pocratem facere coactus fuiſſem. Cauetur enim
apud illos, ne quis amplius pronunciet dicatue,
q̃ quod ſit rogatus. Hinc de Dialectica ſola quæ
ſitus, de ea ſola dicam. Sum autem ſæpicule ro-
gatus, ſit ne Dialectica neceſſario diſcenda, quo
tempore, quo modo, quoad in ea ipſa immoran-
dum? Quæſitorum igitur ſeriem obſeruaturus,
primum dixerim Dialecticam adeo neceſſariã,
ut nulla ſit diſciplina, quæ illius adminiculo ca-
rere posſit, & quam qui neſcit altiores ſe peruẽ
turum artes plane deſperet neceſſum. Hæc enim
uel omnium ſola uim, naturam, genera uerboꝝ
& ſimplicium & compoſitorũ, deinde quot mo
dis quicquam dicatur, qua ratione uerũ falſum
ue ſit. Quid efficiatur hæ quoq;, quod cuiq; conſe
quẽs, quodq; cõtrarium, quid ambigue dicatur,
quomodo quicquam eorum diuidi, explanariq;
oporteat adamusſim perdocet: iſtæc uero igno-
rare quam putes turpe ſit? immo ignauiſſimum.
Nolim ergo audiendos, qui tam uere utilem &
nobilem artem, Ciceroniſq́; teſtimonio omniũ
artium maximam floccifaciunt, & ut friuolam
caſſamq; coarguunt. Mirum quidem eſt, quam
ſint ſtultitiæ ſuæ adſertores: quod poſſem, niſi tẽ
poris anguſtia diſtrictus eſſem, receptisſimorum
authoritate cõmonſtrare. Illam uero tum puer
amplectetur, quando latinis litteris optime in-

Har-pocratẽ fa-cere

Quæ dialectica doceat

Dalecti-ce laudes

ſtructus & hiſtorias poetarum fabulas, rerumq; uariarum naturas & arcana calluerit. Nam, niſi hæc cognoris, quid aut diuides, aut finies, aut colliges? Quid profuerit concinaſſe ſyllogiſmum in barbara aut cælarent, deq; Crocodillo diſputans ſi quod arboris, aut animantis ſit genus Crocodillus ignores? Eius autem edocendæ eiuſmodi modum definio, ut ea puris & latinis uerbis (quod factu facillimum erit, ſi, qui docebit litterarum politiorum non expers fuerit) pueris proponetur: primum quo pacto res una uniuerſa in partes diſtribuatur, latens explicet definiendo, obſcura interpretando dilucidetur, ambiguũ diſſoluatur, diſtinguaturq;, regula ſub inde detur, qua uera & falſa iudicantur, & quæ quibuſdam propoſitis eſſent, quæq; non eſſent conſequentia, quæ ſyllogiſmorũ formulis agnoſcuntur. Ea ſingula breuiculo tempore ex Ariſtotelis libris, quod uir ille profecto ſummus acutiſſime de Dialectica compoſuit: ex Porphirio, Gilberto porritano, Petro hiſpano accipi poſſent, ſi horum monumenta latinitate pura donata eſſent, aut ſi illorum nunc interpretes, qui publice profitentur, tam barbaſculi minus reboarent. Conſuluerim ego adoleſcenti, qui eius eſt artis ſtudioſus ad Diuum Auguſtinum, Boetiũ, Laurentium Vallam, Georgium trapezuntiũ, Georgium Vallam placentinum, Rodolphum agri-

Rõdi- cendi logi- am

Ariſt. Por- phiri- us Gilb- ertus Porri- tanus

Petr- hiſpa- nus Logici pro- bati Augu- ſtinus Boeti- us Lau- ualla Tra- pezõ- tius Geor. ualla Ro- dolp.

colam, Iacobum fabrum Stapulenſem in trāſlationibus Ariſtotelicis: ij mihi uerbis uidētur lōge puriores, & alijs traditione multo fideliores. Ex quibus tantum anno, quantum ex alio uix decennio capies. Sileo quod eam ipſam diſciplinam una cum candore orationis imbibes. His omnibus propediem libros mearum in dialecticen Iſagogarum tres adiungam, quos nuper annum agens decimum octauum recōcinaui, & coram palamq; profeſſus ſum: & ſi per calchographiam in lucem nondum prodierint: exibunt autem, forte propitio Mercurio, tempore ſuo locupletisſimi. Poſtremum ſciat puer nullam eſſe diſciplinam, quæ magis ſeorſum intellecta ieiuna ſit, quam ipſa Dialectica, alioqui tamen neceſſaria in primis ſcientia, cui tamen ſi reliquas reſpicis, minimum & temporis debeatur & laboris, quod præter adminiculum nihil reliqui, quod ſequaris, habet, ſitq; tota ancillaris. Profuerit itaq; illius ſtudio tempus eſſe præſcriptum, nō perpetuum, præſertim in his ſycophantijs, quas recentiorum temporum futilis introduxit curioſitas. Cuiuſmodi ſunt qs es? reſpondeat alter, Fœdericus. Ego contra, ipſe ſum Fœdericus, ergo tu es ego, & ego tu. Aut deū dicis eſſe ubiq;. ſed ubiq; aduerbium eſt, ergo deū dicis aduerbium. Aut, qui tu es, ego non ſum, tu es homo, ideo homo non ſum. Aut quicquid nō perdidiſti habes,

cornua non perdidiſti, cornua ergo habes, quo modo uidentem non habere oculos quis cauillaretur, quos nondum perdidiſſet. Huius infantiæ garrulam diſciplinam Rhætoricorum ad Herēnium omnino contemnendam Cicero libro monet. Nempe quam rectisſimis rationibus cū uolumus, refellemus, uocatq; is eaꝝ puerilium opinionū ſophiſtas alieni ſermonis moleſtos interpellatores & infantisſimos, quales ꝓculdubio ſunt. Iſtæc proinde poſtica ſanna deridebis, quale eſt & illud Bononiæ & Patauij calceus uēditur. Licet ſane eiuſmodi ioculatoria attingere, ſed cauēdum ſuaſerim, ne calceum iſtum nimis longo tempore uendas, ne dum ſolidæ dialecticæ ſenſa inquirere uideri uolueris, in calceo tā diu uenditando ſutorem potius q̄ logicum agere uidearis, iuſtamq; uitæ ætatem in fuciolis iſtis uilisſimis deſumere, cuiuſmodi ex uno & altero apud Gellij noctes capitibus: immo longe plura & meliora ad unguem, paruoq; temporis ſpacio cognoſces. Inibi ſub finem monuerim huiuſce diſciplinæ ſtudium, atq; cognitionem in principijs adſpernabilem, inciuilemq; uideri ſolitam. Verum ubi in ea aliquantum proceſſeris, emolumentum eius in animo tuo dilucebit, & ſequetur diſcendi quædam inſatiabilis uoluptas, Cui ſane (ut cum Gellio receprui canā, cuius uerba huc trāſcribēda cēſui)

Cice. li. rhe th. ad Herē. ſcđo

In ſophiſtas

ſi modum non feceris, periculum erit non medio cre, ne, ut plæriq; alij, tu quoq; in illis Dialecticæ gyris atq; meandris tanq̃ ad ſyrenios ſcopulos conſeneſcas.

VIGESIMVMPRIMVM CONSILIVM, DE DISCIPVLORVM MORIBVS, QVIBVS VBICVNQVE FVERINT, FVLGERE DEBENT.

MVltoties rogatum ex me ſcio, mallẽne puerũ bõis decoratũ morib⁹ (ſi ab alterutro carẽdũ eſſet) quã eruditione non uulgariſpectatũ? Et nũc, ut tũ, reſpondeo: malle, q honeſtis ſit moribus, q̃q̃ qui utroq; fulgeat punctum facile ex me putem laturũ. Hinc arbitror extra rem haud quaquã me facturum, ſi in præſentia de diſcipulorũ moribus paucula præſcripſero. Eſſe cenſeo aduleſcentis ante omnia Deum Opt. Max. uenerari, illiuſq; timorem, uti filium decet habere: maiores natu uereri, parentibus deferre honorem, caſtitatem tam mentis q̃ corporis tueri, humilita

Officia adoleſcẽtũ

tem non adſpernari, clæmentiam una cum uere cundia (quæ comes eſt adoleſcentulo longe generoſisſima) diligere: deniq; & alacritatem in pueris nequaquam repræhenderim, modo in diſſolutionem non ſit exitura. Sit præterea adu leſcens ſermone caſtus & pudicus, qui ne ſer mo nem quidem impudicum audire uelit, nõ ſui uin dex, correctionis patiens, homines ſæpe & liben ter cum reuerentia quadam ſalutans. Ingreſſu ſit grauis, non inſtar ſcurræ percurſans, hiſtrio nicos etiamnum quodammodo geſtus componens, ut gradum transferens modulos quoſdam ſeruare uideatur, ſit itaq; eius greſſus probabilis, qui præ ſe ferat authoritatis, grauitatiſq; põ dus, tranquillitatis ueſtigium, purus ac ſimplex. In his quoq; omnibus honeſtatem undecũq; æmu letur. Inſuper, quod uti omnium maximum, ita minime prætereundum fuit, moneo puer præce ptorem ſuum, aut quemuis tandem alium, cuius ille utitur eruditione, non minus quam ipſas ar ter amet, & parentem eſſe, non quidem corporis ſed animi credat. Nihil ſane eſt qđ ſtudio plus conferat quã erga præce ptorẽ ſincæra diſcipuli charitas. Ita namq; is præceptorem quem dili git, libenter audiet, dictis fidem adhibebit, illiuſq; aliquando ſe parem fore concupiſcet, ſcholam lætior petet, emendatus nõ ſtomachabitur, laudatus gaudebit, ſeq; docilem omnino præbe

Amã dos eẽ præce ptores

*bit: qua etiam ratione præceptor obnixius do-
cebit. In ſumma, nihil eſt quod ſtudio ſit amore
in præceptorem utilius, nec eidem (loquor exp
tus) odio pernicioſius.*

VIGESIMVM SECVNDVM CONSILIVM, DE SODALITATE, QVAM PVER IVRE SIBI SIT ELECTVRVS.

SOdalitiũ, cuius ꝑ tpe cõſuetudine puer ſit uſurus, in quo pariter rei ſerme cardo tã ad malũ, q̃ ad bonũ uertit, adoleſcẽs ſibi eligat, qđ uirtute, boniſq; lr̃is emineat. Plurimũ mediusfidius unicuiq; ꝓfuerit ſi ĩtegris ſe adſociarit. Qua re nõ ĩprobarĩ, ſi aliquoties diſcipulus uiro cuidã ꝓbo ſe cõiũgeret, cui⁹ cõmercio, cõſilio, prudẽtia ĩſtruct⁹, ſub finẽ aut doctior, aut ſapiẽtior reddi poſſit. quid, qđ ſenioꝝ familiaritas ĩſtruere, ꝓbitatis q̃q; teſtimoniũ dare cõſueuit: ipſe. n. adoleſcẽs illi⁹ ſe imitatorẽ fore, cui adhæſerit, arguet, cõualeſcet p̃terea apđ nullos ñ, qđ ab illo uiuẽdi bñ beateq; normã accepit, q cũ cõuerſãdi hauſerit cupiditatẽ. Attñ piũ ætate & moꝝ ſĩl'itudĩe ſocietatẽ minĩme culpauerĩ: argumẽto, qđ ſocie

tatū nulla pſtātior, nulla firmior eſt, q̄ cū illi ſe cōiūxerint, q ſunt nō tā bonis morib⁹ q̄ ætate ſimiles. In illis aūt naturā (ut in reliquis) ducem ſequi non abſonum erit.

VIGESIMVMTERTIVM CONSILIVM, DE DISCIPVLORVM OFFICIO, VBI IN SCHOLIS FVERINT.

IN *ſcholis puero unū illd' pcipue ſuaſerī, ut in pceptoris oculis ſedeat. nā ita facili⁹ offō aures fungunt̃, q̄q; is dicit meli⁹ memoriæ demādant̃: deniq; ei⁹ geſtū, pnūciationē, ritū & cætera eo attinētia citra laborē effingit. Caueat puer īter legēdū garrul⁹ ūquis mō obſtrepat, ne uel ſeipſū circūſedētes, aut eū q legit, murmur̄ ītercipiat. Euenit. n. ſæpi⁹, ut ære dodoneo loq̄ciores, qđ utiliſſimū notatū ē, nō aīaduertim⁹, ſicq; nos tādē pterfluere ſolet, q̄ nihil eē maiori excogitabis diſpēdio. Attēt⁹ ētnū puer legētē auſcultet, digna mēoratu, q̄ antea ignorauit, mēoriæ fidel'r cōferat, aut ſcriptis, mēoriæ fragilitati diffuſus, citra ruborem committat.* Habebitq; itaq; nunq̄ non ad manum (ceu Bononiæ, Papiæ, Pariſijs & in Germaniæ Archigymnaſijs, aliaſq; moris

eſt minime illaudati) aut papyrum calamo ad/iuncto una cum attramento, aut pugillares cũ ſtilo, quo dictata ab ore docentis accurate con/ſcribat: in primis, ubi memoriæ infidelitatẽ ſenſerit. Summatim ſemper adnotet, excerpatq́; q̃d ſcitu dignum, quodue ſuo loco commoditati futurum eſſe poſſit. Ita puer facturus non tam optime quam fideliſſime tibi a nobis conſultum fatebere: ſequetur etiam te (ſcio) emolumentum non uulgare.

VIGESIMVMQVAR/TVM CONSILIVM DE EO QVOD PVERO FA CIVN/DVM EST, CVM DOMVM EX SCHOLIS REPV DAVE/RIT.

SVbſequẽs expoſtulat locus, ut dicam quæ item puero ex ſchola domum re/uerſo optimum factu iudicem: qua in re pariter non cælabo, quod mihi uti/lius uiſum fuerit. Domum ex ſcholis puer reuerſus exemplo, quæ uel proxime audi/

uit,uel intellectu difficillima iudicabit actu ratr ex cõpoſitoq; repetat,& ex his ſemp quæ uel ele gantia uerboꝶ,uel ſententiaꝶ grauitate excel- lunt ſeorſum in Enchiridiõ quoddã,digerie qua dam colligat,& loci,unde ſumpta ſunt,origınẽ non daturus obliuioni:boc enim mõ cum memo riæ pſidiũ,dabit tũ alicubi rogata inuentu atq; de prõptu facillima erunt. Præterea,ſi quæ ex au thoribus illi i ſcholis allegata fuere,apud autho res eoſdem unde recepta ſunt, diligenter in- quirat,ut his repertis,reperta ad intellectum pficiant antecedentibus uerbis & orationibus & ſequentibus ſtudioſe ponderatis. Colli gere ſñias

VIGESIMVMQVINTVM CONSILIVM, DE RATIONE LEGENDI, MAXIME DOMI.

NEmo opinor uel mediocriter eruditus negabit,in tota re ipſa lr̃aria legendi ratione utilius eſſe nec neceſſariũ magis qcq̃ nullam tamẽ eſſe ſtudij partẽ, in qua minus ſit conſultũ teneris ætatibus,adeo neglectis,ut alioq fœlicisſimo puer ingenio, plu rimũq; exercitato uel hoc ſolo præpediatur,qđ legẽdi normam ignorat. Quo circa & in ea re Rõ le gendi

E

ipſa q̃ breuiſſime potero, quid adulescenti circa lectionem faciundum cenſeam, ſtrictim ſubiungam. Non enim omnia (quod ne mẽte quidem facile adſequor, cum infinitum prope ſit) ſed neceſſaria magis perſtringam. Conſuluerim principio, ut nihil non quod uel audiuit, uel memorabile fuerit, uel ſe duce intelligere poteſt ordine continuo non curſim, ſed applicata mentis uehementia legat relegatq;. Claram autem lectionem uoce paulo altiore bonæ ualetudini conducere phyſices ſtudioſi prodiderunt: quoniam ad dẽgeſtionem eorum, quæ ſtomacho detinentur, ꝓdeſſe rati fuerint. Si lectio fuerit metrica, uideat ſcholaſticus, ut flexu & uocis acumine numeros dictionũq; accentus perbelle efferat, affectus quoq; legens imponat. Tum & in cæteris pedeſtris uidelicet orationis lectiõibus puer ſciat ubi ſpiritum ſuſpendere conueniat, quo loco uerſum diſtinguat, ubi ſenſus claudatur, unde incipiat, q̃n deniq; uox ſit aut attollenda, aut ſubmittenda, quid quoq; (ut Fabius docet) flexu, quod lentius, celerius, concitatius, lenius exprimendum ſit. Eſto autem inter cætera lectio uirilis, & cum quadam grauitate ſuauis, ut tamen ratio habeatur & poetices & Rhetorices legendæ. Nam aliter carmen, aliter proſa legi debet. Omnium uero, quæ hactenus monui, maximum iudicauerim ut ſcribendi, diſtinguendi, punctorumq; di

Clare legere

Quintilianus

ligens habeatur animaduerſio: quam Gramma/ tici ſummo opere neceſſariam ducentes de pun/ ctis non pauca poſt ſe ſcripta reliquerunt, ſcie/ bant ſane punctandi rationem non obſeruatam Cymerias plærũq; intelligendis authoribus in/ ijcere tenebras. Profuerit itaq; multum, ſi indi/ caueris quo modo quæq; lectio ſit puncto diſtri/ buta, quæ cuiuis punctorum uirtus, quomodoq; ſenſus diductus. Quandoquidem diſtinctio ſen/ ſum augebit, & ignauo interualla uigorem ſup peditabunt. Si autem poſtremo ex quacunq; le/ ctione fructum expoſtulas conſilium impartiẽs apes tibi undecũq; imitandas ſuadeo. Ille enim ueluti in promptu uidere eſt, uagantur & flores carpunt, deinde allata diſponunt, ac per fauos ſegregant, & ſuccum uarium in unum ſaporem mixtura quadam & proprietate, ſpiritu ſui mu tant. Ita ipſe pariter quicquid lectione diuerſa quæſiueris ſtilo committe, ut ordine quodam co aleſcat. Certe quæ diſtincta ſunt in animo me/ lius ſeruantur: maxime, ſi quæq; in ſuum ordi/ nem diduxeris. Quam autem is legendi ſeligen diq; modus memoriæ adminiculetur, experie/ rieris, cũ, qđ docui facile cognoſces. Addiderim poſtremo, ſi ſubciſiuo tpe ut ſolemus, authorem quempiam tranſlegendum receperis, eum ipſum a limine ad calcem uſq;, deq; uerbo (ut aiunt) ad uerbũ ſumma animi attentione legas, & ſem

Apes eẽ imi tãdas

per nobiliores ſentẽtias, quas Græci γνώμας dicunt: in calendarium quoddam notata primarũ litterarũ ſerie, ſeponito. Quo fiet, ut ignota uites, plurima quæ ſunt aut uoluptati legere, aut cultui legiſſe, aut uſu meminiſſe, te reperiſſe dices. Inde quoq; habebis ingenium uegetius, memoriam adminiculatiorem, orationem ſolertiorem, ſermonem incorruptiorem, & multarum deniq; hiſtoriarum, copiam ei exortum, quæ uel cuncta certam alioqui perinde ac ſerui fugitiui te præterfugerent.

VICESIMVM SEXTVM CONSILIVM, QVANDO ET QVID SVA POTISSIMVM HORA, PVTA MATVTINA, MERIDIANA, VESPERTINA LEGENDVM SIT.

Qvam oĩa ordine quodã conſtẽt, & ad res uel maximas ordo nõ ſit modo utilis, uerumetiam ſumme neceſſarius, adeo putauerim a nemine nõ ſciri ut noti⁹ aliqs eẽ credat q̃ ut abſme dici poſſit. Cæterũ, & ſi oĩbus ꝓculdubio rebus ſeries ipſa plurimum afferat adminiculi, eandẽ tñ in primis philoſophiæ ſtudio uſui eſſe animaduertimus. Rectiſſime igitur puer facturus eſt, ſi ſuas, quas lectionibus impartiri contendit, horas ordine quodam & ex induſtria collocarit. Si pariter, quæ ſit hora inchoandis ſtudijs, quæq; finiendis, quæ diſciplinis leuiuſculis, quæq; oportũior hora ſit ſerijs, quis demũ continuandi modus, quid præterea matutino, quid pomeridiano, quid ueſpertino tpe legĩdũ ſit minus ignorauerit. Ergo hoc loco nequaq̃ ſilentio inuoluã, qđ uel meo ꝑiculo — Ordo ĩ oĩ re ſeruãdus ẽ

Deploratio īopiæ bonorū p̄ceptorum

utiliſsimū eſſe didici. Soleo me hercle aliquoties uel obortis lachrymis meas dolere uices & deplorare, quod adeo abineunte ætate bonorꝫ præceptorum inopia, tum & egregiorum aliquādiu librorum penuria laborarim, nempe qui me ſolo duce, quæ calleo: & ſi admodum exigua ſint: maximo adhibito ſtudio acceperim, eoq; modo pene meam adoleſcentiam in ſenium transformari. quid, quod inordinato intempeſtiuoq; litterarum ſtudio in tantam deuenerim ualetudinē, & quidem maxime aduerſam, quod uero adfirmare auſim ab eo me tempore, quo annum degi tertiumdecimum illæſa corporis ualetudine in hanc uſq; diem (qua natus ſum annum uigeſimum quintum) nunq̄ uixiſſe, uiribuſq; ea propter meis uſq; adeo eneruatum, ut ſi ueſtibus exutum me uideas, non hominem uiuum ſed oſſa & laxam ſolummodo cutem te uidiſſe adfirmes. Id quod etiam iuſtam in partem faciei pallor palā arguit. Vſurus quapropter, Candide lector, aliena inſania, alterius incōmodo diſce cautior fieri, illiq;: qui expertus tibi conſuluit, fidem lubens habe, ne tibi demum ſoli (ſed ſero tandē phryx ſapit) defuiſſe ſis pronunciaturus. Reſtat modo quando, & quid quoq; tempore legendum ſit explicem, ita tamen ut forte quædam aliquorum naturæ minus conuenire non inficias iuerim. Initio cum Ariſtotele philoſophorum ue

Aetas F.N.

xilliſero inquam, ante lucem ſurgere non modo bonæ ualetudini, ſed & litterarijs, immo omnibus, quæ ingenio tantum exercentur, ſtudijs plurimum conducere, ex req; primum fore noſtra exordiri ſtudia, uel illico ſole oriente, uel hora una ſaltem, uel duabus ante ſolis ortum: tunc enim ad contemplandum, ſcribendumq; impenſe apti erimus, & quæ legimus memoriæ & ſcriptis facillime committemus. Cuius eſſe argumentum aiunt, quod eo ipſo tempore Sol, Venus, Mercurius, Planetæ contemplationi & eloquentiæ proximi, peneq; infuſores ab Aſtronimis ſuboriri prodantur, qui tandem philoſophiæ incumbentibus ingenij lumen participant. Legentur autem eo tempore, quæ mox in ſcholis ſis auditurus, aut quæ altioris ſunt ſpeculationis: cuiuſmodi arbitror Dialecticen, & totam quæ rationis dicitur philoſophiam, Metaphyſicen, Legalem quoq; peritiam, Rhetoricen, Aſtronomiam, & Theologiam: maxime ubi ſuperiores, ut plurimum, res pertractat. Idq; genus alias diſciplinas, quæ cæteris profundiorem uidentur expoſcere indaginem. Tibi quoq; notandũ uolo, antequam e lecto ſurgas, corpus primo totum palmis eſſe parumper perfricandum, deinde paulo lenius caput ipſum unguibus. Vbi ſurrexerimus, non eueſtigio lectioni &

Sole oriẽte

Sol Ven⁹ Mercuri⁹

Cui mane ſtudendum

meditationi incũbamus, at aliq̃tulum temporis cuilibet expurgationi conſedemus: deinde, lo/tis antea manibsu, æſtate frigida, hyeme callida aqua, lectioni ad horam circiter unam operam demus. Peracta paruiuſcula mentis intentionis intermiſsione, pectine eburneo, ſi preſto fuerit, capillos a fronte ceruicem uerſus aliquoties pectemus. rurſus deniq; reuertendum ad lectionẽ, cui duas horas, uel unam ſaltem accomodabimus. Interim, tempore adueniente ſcholam ingrediẽdum erit, unde reuerſus iuxta conſiliũ ſupra datum, facies. Sumpto deinde prandio, eoq; mode-

Quid legendum poſt prandium

rato, facta ad horam, uel paulo amplius ob digeſtionem intermiſsione, iterum lectioni te accin/ges, & quidem illi, quæ ſit iucundior q̃ difficilior. Cuius generis eſſe nonnulla uatum poemata cenſeo, Hiſtorias, & doctiorũ, ut Tullij, Plinij, Philelphi, Politiani, Sabellici epiſtolas, & luculentiſsimas hiſtorias Marini Becichemi Scodrenſis de re chriſtiana, & orationes oĩs generis ad Reges & principes, atq; floretiſsima Gymnaſia ab eodem habitas, tres uariaꝝ obſeruationem cen-turias & alia eius opera, quibus nihil latinius, nihil elegantius & Aeſopi, Luciani, aliorũq; in eo ſcribendi tramite fabulas, Grammatices inſtitutiones, & quæ rerum naturas amœnitate qua/dam ſcrutantur, diſciplinas. Humores enim, q ex ſtomacho, propter cibi ſumptionem, cerebrũ

aſcēdunt, altiores ſpeculationes exhorrent, quā quam alioqui id temporis a Muſis non omnino alienum duxerim. Iterum ex ſcholis domum reuerſus audita repetes, & ſemper habito aliquo temporis interuallo a legendo, aliquoties ante cœnam, (quod & ante prandij horam faciūdum ſuaſerim) deambulās mente quæ uel legiſti uel audiſti attentius reuolue. Sumpta antē ſuo (qđ ſemper obſeruandum eſt) tempore cœnula, omnino uel ſaltem a ſerijs ſtudijs ſeſquihoris abſtinendum erit. Profuturum autem ſpiritui alacriori putauerim, ſi litterarum ſtudioſus interea pedetim, accepto ſecum comite quodam uita & doctrina probato, ſole ad occaſum tendente uel poſt, præcipue ixta leniores aquarum riuos obambularit, diſputaturus de rebus ad eruditionē uel morum honeſtatem attinentibus. Nam quā illud proſit, argumento ſunt Itali, quibus ille eſt mos inuiolabilis, ut ſub crepuſculum deambulantes diſſerant, ſeq; eloquendo apprime exercētes, diſertisſimi tandem reddantur, & ingenio uerſatiles. Conſueram & ego cum ludo litterario in patria præeſſem, circa ueſperam una cum cariſſimo meo Scipione, alijs quandoq; comitibus adiunctis extra ciuitatis portam iuxta præterlabentia flumina recreandi animi languentis gratia ſpaciari, iſticq; uarijs de rebus ultro citroq; diſſerere: hoc quoq; nec mihi, nec illis, fuiſſe

Quid faciun dum poſt cænā

incommodo ſenſi. Solet A edepol fluuiorum illa ſyluarũ amœnitas & cœli libertas, & loci etiã num pulchritudo non uulgarem animo adijce re ſublimitatem, ſanguini quoq; ſpiritum ani mantiorem ſufflare. Hinc ea ipſa loca, in qui bus uel arborum ramis auræ ſpirant uel uolu crum cantus aera mulcet, iucundiora magis q̃ ſtudiorum incitamenta reputauerim: nempe q̃d per uoluptatem remittere magis q̃ cogitationẽ intendere conſueuerint. Tametſi aliter Plinio iuniori, alioqui ſapientis uiro iudicij, uiſum fue rit: quod ea loca, quæ uenationi apta uideren tur, cogitationis incitamenta quoq; eſſe, & plæ rũq; non Dianam magis montibus q̃ Mineruã inerrare dixerit. Sed uelle ſuum cuiq; eſſe, nec uoto uiui uno, quis ignorat? Quandoquidẽ ca pita ſenſus & numero & natura ſequuntur. So lent enim non omnes eadem mirari: cũ uel tres illæ conuiuas prope ſibi diſſentire uiſos præten derit, qui uario multum diuerſa palato poſtula rent: hoc illi, illud mihi probatur. Non eſt pro pterea, quod cuiuis & ingenio & iudicio ſatiſ facere contendam. Suffecerit tetigiſſe, quod plu rimis pe culiare eſſe poteſt. Nam reliquis, qui in diuerſum mecum eunt, ſuam permiſerim ſenten tiam, quodq; ſibi factu proficuum exiſtimant, nũ quam non ſequendum. Hactenus de his, quæ, cœ na facta, agenda putamus, conſilium fuit. Re-

Plinij iunioris ſententia

ſtat, in uniuerſum moneamus omnino ſub Solis ortum ſtudia inchoanda, poſt huius autem occaſum (niſi prorſus iucunda ſint & ſubtilitate minus indiga) ſuſpendenda. Cuius rationem eſſe non ignorabis, quod accedente quidē nocte mens, ut plurimum, turbata, ea uero recedente alacris, tranquillaq; eſſe conſueuerit. Id autem ſtudijs oppido conferre, dubitari haud poteſt, falluntur itaq; ſua uulgo opinione, qui ſumpta cœna ad multam noctem uigilant, ac deinceps poſt ſolis ortum dormire coguntur. Auſim ego uel meo incommodo adfirmare, ingenio aliud eſſe magis noxium nihil. Id quod cum cœli turbulentia, triſtis elementorum quædam confuſio, humor, qui craſſior eſt nocte, rerum ordo (dies enim uigilijs, nox ſomno tributa perhibetur) mala ſtomachi digeſtio, ſpiritus per diem fatigatio, tum fantaſia, ſiue imaginatio, ſiue cogitatio, quæ contrarijs longis inuigilando imaginationibus, cogitationibus, curiſq; diſtrahitur, & ita a natura ſomnum corrumpit, facile arguere uidentur. Non tamen negauerim noctis tenebras & cogitationi & meditationi, rebuſq; memorandis plurimum adferre ſubſidij, maxime, cum iam cubitum euntes, in lecto q; quieſcētes, quæ propediē ſtatuimus, aut ſcribere, aut alibi enarrare ſuo loco digeſſerimus. Dicere nō erubueri, nos oīa, quæ uel uiua uoce unq̄

Tēporū uiciſſitudo

dedimus uel papyro demandauimus (quæ forte olim deſecata ab erroribus in publicum prodi-bunt) nocturno tempore, & in tenebris utcunq; dictaſſe, excogitaſſe præcolloquiſſe, & ſubinde orto ſole ſcriptis credidiſſe. Verum quam illis im-modicis uigilijs naturali meæ ualetudini & ſom-no, qui mihi parciſsimus eſt, incommodauerim, uires imminuerim non facile dixero. Cõſulo ne quis ea in re me æmulctur, quantumuis ſe doctio-rem ſperet. Cogitet quidem ualetudine homini nihil eſſe optabilius, qua amiſſa non modo litte-ras ſibi, ſed uel lucem intueri odio fore. Sat de quarumlibet ſtudij litterarii horarum partitio-ne, & nocturna lectione, a qua ſi fuerit immode-rata, abſtinendum admonui. Sin omnino ſit, qui & nocte ad uulcanalia legere (nam ſcribere multã ſub noctem, præſertim ſedendo inclinan-doq; prorſus prohibuerim) Contendit, is pari pariter conſilij me non inopem reperiet, quo poſ-ſit ex duobus malis, quod minus ſit, uel coactus ſeligere.

Vale-tudo bona

VIGESIMVM SEPTIMVM CONSILIVM, DE STVDIO NOCTVRNO.

QVanquam præcedenti conſilio pleroſq; ab immoderatiore nocturna lectione debortatus fuerim, pinde atq; illis perniciosa, minime tamen omni ex parte repræhendendos cenſeo, qui uel necesſitate cogente (ſolemus enim aliquando interdiu multis alijs negocijs diſtineri) uel qui temporis parſimonia nullum perire tempus uolunt (perijt autem quod ſtudio non impartitur) omnino noctibus uti conantur. Maxime, quod ne Demoſtheni quidem Græcorum oratorum principi uitio datum animaduerti: quē plus olei quam uini abſumpſiſſe, hoc eſt maiorem noctis partem litteris accommodaſſe ferunt. Cur enim non rei potius litterariæ, q̃ uel uino ebibēdo, cæteriſq; corporis illecebris inſudantem probarim: cum utiq; hoc ſit illo, tam corporis quam ingenio diſpendioſius. Deteſtabor quoad uixero, quorumdam beſtiales omnino mores, qui tanquam ad perdendamodo uina geniti plene inſun

Demoſthenes

dunt,ebibuntq;,ut ſtatim euomant,tanquam ea effundi non, niſi per humanum corpus, poſſint. Quis dubitat hmői temulentias,& diurnas & nocturnas cõputationes,atq; pnicioſas corporis libidines maiori plærũq; opere,labore,impẽdio conſtare,quam uel ſubtiliſſimũ litterarum ſtudiũ. Sileo ex eo uiuendi genere plærũq; pallorẽ, genas pendulas,oculorũ ulcera,tremulas manus, capitis uertiginem,memoriæ mortem,rerum obliuionem,uitæ amiſſionem certo emanare. Quã ergo putas cõſultius ſit, in noctẽ uel longiſſimã litteris inuigilare,q̃ uel hmői carnis uoluptatibus uel ſcortis,uel aleæ,qua luditur, indulgere. Eſto utrũq; nonnihil diſpendij adferat (quod tamen utrinq; æque non admiſerim) certũ tamen eſt alterutrum modo cauſari mortem. Hinc potius nocturnum philoſophiæ ſtudiũ,nulla etiam ad hoc neceſſitate impellente,amplectendũ conſulo,quo & ſapiẽtiam adquires, & ocium illiberale,quod mortẽ infert, ſis euitaturus. Illud autem amplexurus primũ uires, qd ferre poſſunt, quidq; recuſant exquiſite examina,& illi te lectioni accingas,quæ nec nimium te cogitationi,qua ſomnus natura datus intercipitur, dedat,nec diſturbet,ita ut tempora ab ipſa rerum natura ad qetem,refectionẽq; nobis conceſſa, prorſus in acerrimum laborem ſis conuerſurus. Sed hoc forte admonitione non indiget. Modo lucubraturus

cubiculum habeas clauſum, ubi ſilentium oīno, ſit lumen unum (quod ex cæra oleoue potius q̄ ſæuo infuſum uellem) clarius q̄ ſplendidius ſub iungatur, lectioni tādem colophonium aditurus ſingula ex ordine recogitabis, adeo ut ea ſomnio ſub mētē ſint occurſura, id quod aliquoties mihi euenire memini. Poſtremo monuerim lectionem horas ultra duas minime prorogandam niſi hyeme, ubi in Italia ſtudioſo uel ab hora ſexta, uel ſeptima, uel octaua, totūq; , quod ad ſolis ortum uſq; eſt, tempus ſtudio reddendum, nec ſubtimeſcendum, partiorē fore ſomnum, quo nullus unq̄ factus eſt ſapientior. Hactenus de ſtudio nocturno. Cætera quæ illi conſentanea ſunt indicabis, reperies ad ſaturitatem in eo, quod in ordine eſt uigeſimum ſextum, conſilio.

VIGESIMVMOCTAVVM CONSILIVM AN LIBRORVM COPIA ADVLESCENTI TYRONI PROSIT.

INterrogatus ſæpiuſcule num librorum multitudinem ſcolaſtico uſui futuram dicerem, breuiſcule reſpondeo. Eum, qui artibus ingenuis ſe dedicat, nobiliorem ſuppellectilem quam quæ ex libris ſit bonis coadunata, habiturum omnino nullam: proinde non culpauerim, qui bonorum librorum emax fuerit. Diſuaſerim autem puero adhuc in litteraria paleſtra tyroni ſingulorum librorum lectionem, ne paſſim, nulla habita ordinis rõne, ſe ingerat: ueꝝ certis qbuſdã, q & intellectu ſint faciliores: & ad eruditionẽ efficaciores, cõmodet. Natura ſiqdẽ cõſtat q̃ ubiq; eẽ uelit nuſq̃ aliquoties repiri ſentis qd uelim? pfecto, qđ libroꝝ copiã diſcipulo minus ingenio capaci plurimũ incõmodo fore, nec illũ inde eruditiorẽ euaſuꝝ putẽ. In ſententia mecũ eunte Auſonio mirabili poeta ingenio, ad eum

qui ſe copia librorum doctum putarat ſcribēte. Emptis quod libris tibi bibliotheca referta eſt Doctum & grammaticum te philomuſe putas hoc genere & cordas,& plectra,& barbitdacō de. Oīa mercat⁹ cras citharœdus eris. Hæc puero,q adhuc primordijs immoratur, dicta ſunt. Aduleſcēs autem prouectiore ingenij fœtu, aut cuia intereſt alios ex officio docere, inculpatus cuiuſcunq; generis auctores leget, omnigenæq; diſciplinæ uolumina excutiet, modo ſuo quæq; loco diſponat,ne multitudine confundatur, & ueritati locus erit in eo quod aiunt, non multum ſed multa eſſe legenda. Vt enim terræ diuerſis, mutatiſq; ſeminibus, ita ingenia noſtra, nunc hac,nunc illac meditatione trahuntur. Quorū autem ſcripta legenda cenſeam, adeo ex ſuperioribus notum eſt, ut demonſtratione ultra nō egeat.

VNDETRIGESIMVM CONSILIVM, DE LITTERARIA EXERCITATIONE STVDIO PRORSVS NECESSARIA.

Huc ſe recipiant, qui, ubi a limine nõ actutum laboris profectum ſentiunt, ingenij tarditatem mentis hebetudinem, naturæ malignitatem incuſantes ab ipſo, cui nondum ſe manciparunt ſtudio deficiunt, & quod amare nondum poſſunt odio proſequuntur, litteris bellum indicentes, perinde deſpati, ac ſi nullus ſit remedio ultra locus. Ne ita ſentiant obſecrarim: immo meminerint, remedium ſibi fore adeo præſens, ut uel ipſam aliquando naturam conuincere poſſint. Nomen eſt huic exercitatiò, quam ſi comitem habuerint, nõ erit, quod ingenij imbecillitati diffidant, quantumuis etiamnum ſint hebetes & indociles. Auſim ipſe adfirmare, neminem unquam repertum, qui uſu, diligentia, ſtudio, nihil fuiſſet conſecutus, at compluſculos aliquando uiſos, qui inter-

Exercitatio

cedenntibus his ad ſumma artium uel maximaꝶ faſtigia peruenire. Inde quoq; adagionibus locum eſſe datum puto, dicendo dicere diſcunt, fabricando fabricant, canendo muſicam, militando militarē artē diſces. Vſum ego uſq; adeo litterarum, uel etiam aliarum rerum ſtudioſo neceſſarium exiſtimarim, ut citra ipſum, nec q natura ualet, egregij quicquam moliri poſſit. Exercitationē uero, aut, ſi mauis, uſum frequenti doctorum (quos ſemper percunctabere) aſſidua auditione, frequenti bonorum authorum lectione, & diligenti eorum, quæ legiſti uel lecturus ſis recordatione, cogitatione, meditatione, ſedula cū hominibus litteratis & conſuetudine, & diſputatione, crebra deniq; & epiſtularum uaria rerum ſcriptione conſtare arbitror. Quorum poſtremo ad ſolidam eruditionem puto efficacius plane īueniri nihil ſcribendum autē eſt ad eos, qui uel tui pares uel doctrina ſuperiores ſunt, nēpe qui Ariſtarchi officio fungentes, erratorum, ſi qua, aliquo modo commiſeris, te monere poſſint, & uiam ad artem dare meliorē. Noui ego hoc ſolo ſtudij genere quamplurimos eo eloquētiæ, diſciplinarumq; maieſtatis euectos, ut ſi eos uel ſcribere uideas, uel ſermonē facere audias, nō intra noſtrā ætatē uiros, ſed Cicerones. Hortēſios, quintilianos, Cæſares, hocq; genus emūctiori romanæ linguæ ſtilo authores ſe uidere ſe

Adagia

Vſus

audire te exiſtimes. Vtilisſimum ea in re ad doctrinam comparandã autumo, ſi adoleſcens græcis litteris imbutus uel ſubciſiuo tempore ex græco in latinum, aut (ſi illius ſit linguæ expers) ex uernaculo ſermone in latinũ uerterit: quod ipſi in noſtris ad Ioannem fuſcum uirum præclarisſimum, uere litteratorum Mecœnatem, ſapiẽtiisſimum Reuerendi Bambergenſium Principis & Præſulis Quæſtorem prognoſticis ſtudioſe (ni fallor) tutati ſumus. In eo labore puer ſermonis proprietatem, uerborum ſplendorem, figuram, explicandi uim ſeruabit. Ad quod ſcribendi genus profuerit im promptu, quaſi procinctu quopiam, habere uerborum copiam, ſynonimorum electionem, ſententiarum grauitatem: quorum ſingula ex multa authorum lectione, & frequenti doctorum conſuetudine colliges. Scribendum autem eſt perquam diligentisſime & quamplurimum, ut non modo in labris uerba ſed pectore naſci uideantur. Delectus inibi eſt habendus inuentorum iudicij, probatorũ diſpoſitionis, rerum deniq; omnium & uerborum collocandorum rationis & copulationis, ita ne dicaris collationem, hinc inde ex uarijs ferculis cõgesſiſſe, & ſubinde in furto depræhenſus, penniſq; male expilatus moueas cornicula riſum, nihilominus tamen authores quibus ſtuduiſti imitaberis, ita ut non eorum uerba tranſcribere,

Ioannes fuſcus alioq braun

Pro gnoſticorũ libellus F.N. carmine cõpoſit⁹

ſed æmulari iudiceris. Quod tum fiet, ubi ſingula in tuum ſtilum commode tranſtuleris. Si igitur hunc ad modum, quem præſcripſimus, te ad eloquentiam eruditionēq; exercitare uelis, ſuaſerim optimam aliquam (tuis tamen uiribus non imparem) materiam ſumas, in eaq; laborem continues, quo multo ſtilo ſis uires accepturus. Nihil ſane plus officit, quam cum unam aut alteram diem obnixius litteris perinde atq; eas deuoraturi operam impendimus, plures de inde nos a ſtudio diſſoluti ſubtrahimus: cordi ni mirum habebimus illud Apellis: nullam abſq; linea diem. Succurrit & aliud in ea re cõſilium, quo te in ſcribendo & loquendo audaciorē quā timidiorem fore conſuluerim: copiæ enim facilius quam inopiæ mederi poteris. Nolit ergo aduleſcens, cum quidpiam ſit ſcripturus uſq; adeo eſſe formidoloſus, ut ſibi nil fore ſatis putet, ne rum omnia mutare, omnia aliter ſcribere, quā occurrunt, uelit. Reprehenderim ipſe, qui ſe tā male ſuo de ingenio meritum præ ſe tulerit. Cæterum inquit ille, quid ſi, quæ ſcripſi, erroribus ſcatuerint, quæ ne in pueri quidem conſpectum prodire poſſunt? Reſponderim remedio eſſe diligentem ſcriptis ad finem compoſitis emendationem. In qua commodum erit, ſi ſcripta, ſiue hæc ſint pedeſtria, uel ſoluta oratione in aliquod tempus repoſueris, & ad ea aliquando uelut no

ua, atq; aliẽa redieris pſpexeriſq;, nũ mihi ſint, quæ detrahi, mutari, deijci mereantur, quæq; in ſermonem & elegantiorem & grauiorem tranſformari posſint. Summatim age, ne tibi ſcripta tua (ut ſolet) quaſi recentes fœtus (feruentius enim diligimus quæ noſtro ſunt Marte edita pinde ac mulieres, quos pepere, filiolos) blandiãtur. Qua re bene feceris ſi pro tempore ea, quæ edidiſti, uiro cuidam litterarum gnaro commõſtraris, illius conſilio uſurus, an ut prodeant, digna ſint, an intra pellem ſuam ſecurius latitura. Id quod ſi a puero (ut nũc cautior factus ſoleo) effeciſſem, quædam meorum opuſculorum forte lectu nemo: modo ſynceri iudicij: unde quaq; indigna putaret. Sub finem his in rebus tibi ſat conſuluit in arte poetica Flaccus ad hunc modũ

Flacci conſiliũ

admonens, At tibi iudicium eſt, ea mens, ſi quid tamen olim ſcripſeris in Metij deſcendat iudicis aures. Et patris & noſtras, nonumq; prematur in annum. Membranis intus poſitis delere licebit. Quod non edideris. Neſcit (nota) uox miſſa reuerti. Nec te ſubpudeat ſequi, quod uel Oratores maximi obſeruaſſe depræhenduntur.

Mos antiquoꝝ ſcriptoꝝ

Solebant enim illi, quæ dicere ſtatuerant, aut per ora uirum emittere cæreis commendare tabellis, in quibus ratio delendi facilior eſſet. aut membranis, ſi quibus eſſet uiſus infirmior: quo modo optimos quidem ſenſus, nobilioraq;

dicta firmius notabant. Hæc de uſu, quem litteris accommodandum duximus, in præſentia dixiſſe ſufficiat: poterit autem ad ſuum quiſq; libitum addere quæ uelit, cũ me minus fugiat, uarios eſſe uariorum uſus.

TRIGESIMVM CONSILIVM, QVALIS A STVDIO LITTERARIO ESSE DEBEAT REMISSIO, NVM AB EXERCITIO SIT ALIQVOTIES DEFLECIENDVM.

SVbit nunc poſt uſus tractatum quæſtiuncula inter multos aliquando agitata. An uidelicet nunquam non in opere feruere quis debeat, neue pro tempore ſtudijs, maxime

dio ſibi temperet, ingenium mole ſtudij obrutũ relaxet, impenſamq; in litteris exercitationem ocio quopiam honeſto intermiſceat, & plærũq; poſt uehementem lectionem aliquantula utatur intermiſſione: tum, ut multis in locis obſeruari ſolet, ſemel in ebdomade diem unum ferijs deputet. Cæterum rogat aliquis, nunquid eo, quo a ſtudijs feriamur, tempore omnino eſſe ocio deditos nos conueniet? minime inquam: immo rebus quibuſdam eſſe amœnioribus innixos plurimũ proderit. Merito itaq; ſubſannandos cenſuerim eos, qui feriarum tempore ſtudijs ferijs ſemotis, uel comeſſationibus, uel potationibus, uel ludis intempeſtiuioribus, uel rebus uenereis, uel aſininis boatibus indulgere conſueurunt: Illis (ita dij me ament) nihil ſtultius unquam repeties: nempe qui eiuſmodi rebus nauci, nulliuſq; frugi & hominis utriuſq; ſaluti contrarijs plus detrimenti quam ſtudio litterario etiam grauiſſimo contrahunt, depereunt, reddũturq; in diem ad litteras frigidiores, ineptioreſq;. Quamobrem feriati rectius iucundam aliquam legemus hiſtoriam, dialogum amœnum uoluemus, carmine ludemus (quo nihil crediderim excogitari poſſe ingenio ſalubrius & adoleſcenti laudabilius) uel muſicæ, huiuſq; inſtrumentis (quæ tamen cognoſcenda, non perdiſcenda uelim, qđ plæroſq; cognorim his nimium illectos ſtudia,

quæ poterant eſſe laudi tum ad bene beateq; ui/uendum accommodata, turpiter poſt habuiſſe) uacemus, aut ludis aliquot laſciuia carentibus, alacritatemq; pellicentibus, ſeruato pudore, incumbemus: quorũ aliqua Ciceronem factitaſſe, quia & in hos quoq; ſtudiorum ſeceſſus excurrerit, non clam eſt. Vtcunq; fit, proficuum erit mẽſuram huic: ut alijs quoq; : rei addere, ſemperq; laborem ſequi requiem. Quodipſe annum na/tus decimumſeptimum hoc tumultuario ſapphico exprimere tentaui.

Mo/dũ eẽ adhi/bẽdũ

Fac puer Muſis ſua ſint ſeueris
Ludicra, & doctis minime camœnis
Subtrahas presſis ſtudio quieta
Ocia multo.
Vſq; non uox imperioſa patris
Vexet infantem: requiem, ſed ipſam
Det. Vices iuſte rata laxiores
Tempora ſeruent
Nam, licet ceſſas aliquando, dicta eſt
Voce nam grata ſchola, quod moleſtis
Iuſta nonunquam ut tribuantur almis
Ocia Muſis
Non neges magno ferias labori,
Quod perit uerum ſtudium & fatisfit
Læta in auſteris uarientur ipſa
Feſta profeſtis.

Et hæc de ſtudij remisſione dediſſe ſatis erit. Poterit quiſq; ſtudioſus, ſuam, qua pollet, naturam examinans, adnectere quæ huic negocio cõgrua uidebuntur.

TRIGESIMVMPRIMVM CONSILIVM, DE MEMORIA, VERO DEI DONO CVM ACQVIRENDA TVM CONSERVANDA.

STatueram hoc loco noſtris de puero inſtituẽdo conſilijs colophonem addere, gradum ſiſtere & ultimam operi manum adiungere, ne cuipiã noſtra exoſo loquacior q̃ conſultior uideri poſſem. Verũ conſultus uel millies, quid ipſe ad memoriã cõparandam, tutãdamq; conducere arbi

trarer, non potui non amicorum precibus im/mo (quod uerius dico) quottidiano conuitio obſequi, & quæ apud nos in hanc diem de Memoria, re profecto diuina, depoſita fuere pluſculis impartiri. Memoriam, quam ipſe donum dei, naturæ dotem, ingenij comitem, doctrinarum promptuarium, eloquentiæ theſaurum, omniq; diſciplinarum cuſtodem appellare ſolitus ſum: a ſumma uiris eruditione in naturalem eſſe & artificioſam diſcretam minime ignoro: præterea artificioſam quaſi confirmare inductionem quandam & præceptionis rationem, ipſam quoq; locis, ut ædibus, & imaginibus, ideſt notis quibuſdã, ut equi, leonis, conſtrui rurſus nõ me præterit. Cæterum, quia authores receptiſſimi, ut Cicero eloquentiæ pater, quintilianus Rhetor inſignis, Petrus Rauennas acuto uir ingenio, & Marinus Becichemus rhetor rariſſimus, in utiliſſimis illis de arte rhetorica diſpoſitionibus, & alij de hac ipſa artificioſa memoria nõ tam copioſe q̃ egregie ſcriptitarint, mea referre minus autumo illorum ſcripta tranſcribere: præcipue, quod paucos reperiri poſſe iudicarim, qui ſe horum ſubſidio adiutũ iri adfirmare poſſint. Indigent nimirum, quæ de artificioſa memoria tradita ſunt, exercitatione non uulgari, & quidem ea, quæ plæroſq; citius a ſenſu ſit deiectura, q̃ auxilium latura, id quod nos experti ſumus,

Mẽo/ria ſũmum dei donum

Cice/ro quinti lianus Petr⁹ Rauẽnas

cum pueri ferme adhuc Lipſi percelebri Germaniæ oppido agentes a quodam uiro ſane triuialiter docto illis præceptis imbui uellemus, quãquam uel palmam a præceptore: periculum me primum faciente: delatam recenti memoria foueo, interim autem nunquam illiuſmodi præceptis, ſed uia quadam breuiore & faciliore uſi ſumus. Expediam igitur paucisſimis, cuius auxilio adiutati memoriam noſtram, quantumuis tenuem, inſtaurauimus, quoq; modo naturalis ipſa memoria (alioqui fragilis & hebes) ſit ad iuuanda. Primum, ſi uelis quæpiam memoriter tenere, ſuaſerim, ea iterata lectione repetas, & ordine conuenienti, & ſi non de uerbo ad uerbũ, ſaltem de ſenſu ad ſenſum & uim rerum atq; ordinem ediſcas, applicata ſumma ſubinde animi cogitatione & attentione, frequens enim ipſa diſcendorum recordatio medicamen quoduis antecellit. Si totam uelis, quæ ſcriptis mandata eſt, orationem memorare, fac per partes ſerie quadam ediſcas & ſcite diuidas, componas: facta enim recte diuiſione ab ordine rerum minime aberrabis. Si fuerit portio eius quædã, quæ inhærere nolit: profuerit ad folij marginem, ubi eiuſmodi eſt ſcrupulus, addere ſignum aliquod, quod illi orationis parti conſentaneum ſit, uel ſenſum eius repræſentet: puta ſit in eo loco dicẽdum de nauigatione, anchoram depingas, de

horis (ut ſupra docuimus) agere uelis. Hæc ſūt, quæ meam, quamuis admodum imbecillem, memoriam hactenus adiuuarunt, potiões, herbas, carmina, incantationes, idq́; genus nugamenta ſemper flocci æſtimaui: quoniam plures illorū uſu ſtultiores q̄ memoria factos uegetiores uiderim. Sin, poſtremo ad firmam memoriam conſilium dem expoſtulas. Fac multa ediſcendo, cogitādo plurimum labores. Nihil ſane eſt, quod cura non augeatur, negligentia non intercidat. Maxime nimirum memoria ipſa excolendo, ſicut alia pleraq; omnia, augetur. Eſt etenim cre ae Ciceroni*: in omni diſciplina omnino infirma artis præceptio ſine immenſa exercitationis ſedulitate, ualetq; minimum in memorijs doctrina, niſi induſtria, ſtudio, labore, diligentia fulciatur. Quid multis? meditatione omnia continentur. Erūt deniq; oppido neceſſaria, quæ huc uſq; paſsim conſuluimus, quibus relictis fruſtra, uel quibuſcunq; cognitis ad memoriam præceptis, conabere. Hactenus, quibus memoria comparatur: nunc ea, quibus hæc ipſa depereat, breuiuſcule dicam. Memoriæ nocet aduerſa, præcipue capitis ualetudo, cibus īdigeſtus, animus uarijs rerū curis diſtractus, ebrietas uini, cibiq́; repletio, coitus (quem præſtantisſimā & memoriæ & ingenij mortem ſapientisſimi quiq; adfirmarunt) ſomnus immodicus, nimius Mu-*

fices inſtrumentorum, uti fiſtularum, organorũ, tympanorum uſus, caſus periculoſi, plagæ in capite, frigus immenſum, & calor immodicus, hocq; genus ſane multa, quibus memoriã diſtrahi, uel puer cognoſcet.

TRIGESIMVM SECVNDVM CONSILIVM DE EXTEMPORALI LOCVTIONE IN DIPISCENDA.

CVperat omnino hoc loco uela uentis ꝑmittere, & ora ſoluturis bene precari, niſi ſubijſſent, qui adoleſcenti litterarum manſuetiorum cultori extemporalem, quam dicũt, locutionem honeſtati plurimum fore arbitrantes, a nobis impenſe familiariter poſtulaſſent, ut quæpiam ad eam dicendi facultatem, puta ex tempore, cõſentanea, quomodoq; pareretur & contineretur in mediũ ducerem: inſuper q̃ ipſi extemporalem locutionem probaremus, enarrare. Non potui igit̃ mihi

non pleno obſequio mei amantisſimos demereri & quod multoties flagrarant hac parte pro uirili depromere. Velim itaq; plæriſq; omnibus, illud unum eſſe perſuaſum extemporalitatis facultate nihil Oratori eſſe, qui quæ ciuilia obeũt munia, magis neceſſariũ, neq; in poeta (in quo tamen ea ipſa nihil habet neceſſitatis) aut candidius aut uenerabilius. Hinc indubius ſperauerim nobis minime uertendum uitio, quod illã aliquoties præmeditatæ orationi prætulerimus. Quid ſane pulchrius, quid mirabilius, qđ utilius, quam ſubito quopiam negotio ſubmergente, de quauis re & tractatione citra difficultatem differere, & ea, quæ uolumus, ſine magna præmeditatione, concinne effari? id quod unica extemporalis præſtat facultas, quæ eſt, ubi quiſpiam ſine mora & difficultate emunctim diſpoſite, ornate, copioſe intra ſe ipſum cogitãdo, illud & colligit & componit, quod uel locuturus, uel ſubito ſit ſcripturus, aut ſi horum nihil fiat, integrum memoria perinde atq; frequenti quadam lectione adeptum retinet. Quales fuiſſe priſcos apud Italos commemorant Antipatrem Sidonium, Licinium archiã. M. Ciceronem, & noſtris temporibus Marinum Becichemum Pu. Patauinæ Academiæ Rhætorem, uenerabilẽ doctorem noſtrum, & cum Venetijs ageremus Baptiſtam Egnatium Venatum & eum quidem

Laudes extpalis facundiæ

Extẽporalis facultas

Antipater

Licinius

Cicero

Bap. egnatius

ſoluta oratione, remotioriſq; doctrinæ gloria
Quin/ præſtantem audiuimus, quintianum ſtoam|no
tian⁹ ſtrum Papiæ præceptorem in arte ipſa poetica
Stoa conſumatisſimum, Romulũ amaſæum, & ipſum
Romu noſtrum in emunctiore lingua magiſtrum mini/
lus me pœnitendum. Apud Germanos Vdalricum
Amaſ Huttenum Equeſtris ordinis uirum proſapia &
ſæus omnigenarum artium maieſtate nobilisſimum,
Hutte & Franciæ noſtræ Orientalis primum decus,
nus Ioachinum Vadianum heluetium uirum nullis
Vadiā non optimis diſciplinis præcellentem. Praeterea
nus extemporalitatis Vitus meus Verlerus uir in
Vit⁹ ſignis, tam Cæſarei, q̃ pontificij iuris doctor, uir
Verle & integritate ſummus optimis lr̃is maximus,
rus in tantumq; laudatus, quantum ipſa uirtus po/
teſt, & mihi ob ingentia eius in me merita ante
alios uenerandus admodum commendare ſoli/
Eoba tus eſt Eobanum Heſſum & Ioannem Eſticam/
nus pianũ, quem paucis ante menſibus cum hæc ſcri
Eſticā beremus Deo naturæq; conceſſiſſe ferebant. Si
pian⁹ proinde adoleſcens ad hanc precioſisſimam lo/
quendi ſcribendiq; extemporaliter facultatem
contenderit, opus illi erit ſummo, de quo ſupra,
exercitio, quoniam ab hoc & conſuetudine ipſa
tanquam fœtus a parente prodit. Eſt enim illa
euidens lectionis, ſtili, & cogitationis teſtis, &
Fabi/ ad hæc exquiſitæ diligentiæ & indefesſi laboris
us argumentum. Qua quidem re Fabius eam ex

tempore dicendi facultatem maximum ſtudiorum fructum, & uelut amplius quoddam præmium lõgiuſculi laboris dicere conſuerat. Hãc comparabimus, quando omnibus exercitij partibus cogitationem, quæ in ea ipſa re plurimum habet ponderis, & memoriæ perſpicatiam, ſine qua parũ uel nihil efficitur, addiderimus. Quo modo autem meam, cuius nonnulli (uereor ne frigidiuſcule, & ita ſuffenus cupiã uidear) me commendare ſoliti ſunt, in loquendo ex tempore facultatem parauerim, facilius equidem cogitarim q̃ dixerim. Conſueui quidem, repentina dicendi neceſsitate ingruenſue, rei, de qua me locuturum conceperam, ſenſum & ordinem digerere, mecũq; obnixius conſiderare, quid quoq; loco primum, quid ſecundum, quid tertiũ, q̃d deĩceps dictu cõueniẽti⁹ uidebat. Sin rogãti (uti ĩ legatiõib⁹ fieri ſolitũ accepim⁹) rñdere me cognorã, aĩaduerti diligẽter, q̃ rogabãtur, dicebãtur, obijciebãtur, idq; gen⁹ alia ĩ orõne aliq̃ obuiã eũtia. Ex qb⁹ ptes diſſecabã, ad hanc ſubide q̃cũq; rñſurus. Hũc uero dicẽdi ex tpe modũ doctus ſũ ex cõpoſitisſima Ilionei Troianorũ Oratoris ad Didonẽ Carthaginẽſiũ Reginã orone, & huius ad illũ rñſiõe, quã ſapiẽtisſimus poeta, pfecto numeris cõcinuit. Inibi:n. q̃ & grauiter & excõpoſito ille orauerit, illa uero ad oẽs orõnis partes diſpoſite reſpõderit, neminem facile

Orõ Ilionei apud Maronem Didonis rñſio Maro

Diuiſio dicēdorū perdeſt

explicaturum exiſtimo, tu igitur ſi inſtar illius orationis quæ dicturus es diuiſeris, non dubitarim quin in eo dicēdi genere laudem ſis adeptu rus ante alios nō uulgarem: mirum ſane eſt quā opituletur ad loquendi facilitatem dicendorum de ſenſu ad ſenſum diuiſio. Ex tempore quoq; lo cuturo uſui fore duxerim uocū, uerborumq; electorum, ſynonimorum copiam, linguam expeditam, animum timore uacuum, & qui non in rem unam, ſed in plures ſimul continuas ſit præparatus, nec qui nunc huc, modo illuc trahi uelit, aut quouis posſit ſtrepitu. Hic non præterierim, eos mihi diſplicere libellos, quos uulgo concepta nominant, qui in manu tenentur, ad quos pro tempore reſpicere phas eſſe aiunt. Dictu pfecto difficile eſt quam hi ipſi libelli ſiue ſummas, ſiue commentarios, ſiue capita tenent, diſcendi negligētiam præbeant & lacerant deformantq; orationem, noſq; ad elaborata reuocantes, animū quodammodo ancipitem reddunt, ita ut multoties hæſitetur, an modo dicatur, quo inibi ſcriptum ſit. Quas ob res non ſcribendum puto, quod memoria perſequendum duximus: ne uana quædā ſubeat fiducia, quam ſubinde deluſio ſequatur: ſcribere tamen, quæ dicturi ſumus non diſuaſerim, ſed in manu, quod ſcriptum eſt, inſpiciendi gratia tenere, dehortor. Cætera quiſq; ſtudioſus facile ex ſeipſo, uel me ſilente, inueniet, quæ ad

Cōcepta

eam dicendi facultatem accommodata dijudicat. Iam ſolum reſtat puerum conſoler, ne deſperet, ſi incipienti non illico eiuſmodi facultas contingere uideatur, eã enim continuo uſu, ſine quo nec perfici, nec contineri poteſt illa, a paruis initijs facile ad ſummam ducet, meminerit interim potius neminem unquam fuiſſe adeo ingenio tardum, qui uel ſola frequenti legendi, ſcribendiq; exercitatione nihil artis conſecutus fuiſſet. Id quod uarijs conſumatorum Oratorum exemplis commonſtrarem, niſi me βαττολογίᾳ quadã moleſtiorem fore ſubuereor.

TRIGESIMVMTERTIVM CONSILIVM, DE PVERO LITTERIS INSTITVENDO IN VNIVERSVM NECESSARIIS, PERINDE AC DICTORVM EPILOGO.

Qvoniam a fidisſimis quibuſq; ſcriptoribus hunc, perinde atq; legem inuiolabilem, morem obſeruatum compe-

rerim, ut quoties illi quæpiã diffuſiore oratione & ſpeciatim docuiſſent, ea ſub finem compẽdio quodã inſtar epilogi in uniuerſum repetiuerint, uidebar mihi plane uideſe meas me partes actu rũ, ſi & ipſe ſapientiorũ ueſtigia æmulatus, quæ ſingulis huсuſq; conſilijs de puero inſtituendo ꝓ ſecutus ſum, hoc loco quaſi arctiore quopiam al ueo, & eo quidem epilogo, contraherem, repete remq;, quo puer facilius memoriæ commẽdaret, quæ paulo dilatiora prius ſubterfugere poſſent. Notet eapropter ſubinde Adoleſcẽs Mineruæ, ideſt uere ſapientiæ ſtudioſus (ſi modo ad Muſarũ culmina ſe peruenturum ſperarit) ut nouẽ comitibus, tribus cœli, Mercurio, Phœbo, Venere, tribus animi, uoluntate uehementi & conſtãte, ingenij acumine, memoria tenaci, fidaq;: tribus terræ, prudentiſſimo patrefamilias, præceptore optimo, medico doctiſſimo animatus ſit abſq; harũ ſane adminiculo puer ad ueram artiũ maieſtatem haud quaquam acceſſurus eſt. Solet etenim Mercurius diſciplinarũ infundere inueſtigationem, Phœbus res quæſitas ſingulari decore illuſtrare, Venus rem omnem condire, uenuſtare, fulcire, ut ſalutari illius gratia circũfuſa illitaq; ſemper poſſit delectare & ꝓdeſſe. Quã autem cæteræ ſex ꝓfuerint comites, in ſuperioribus ſat ſuperq; oſtenſum eſt. Ad harum comitum aut (ſi mauis) ducum concionem reſpexiſ

Nouẽ muſarũ comites Mercurius Ven⁹ Phœbus

ſe eos, qui poetis, uere ſapienti, nimirumq; diuino hominũ generi, nouem Muſas tradidere, qs nõ uidet? cum ſine harum præſidio neminem rati ſint ad ſacros Heliconis (illud eſt monti nomen, unde Muſas artium inuentrices ortas ſuſpicantur) fontes aſcenſurum: & Hercle nil uideo illos a ueritate alieni ſenſiſſe, ubi remotiorem de his ſenſum rimatus fuero. Nam minime inficiabor Muſas Vatum eſſe & illuſtrium ingeniorum Deas & doctrinæ & ſcientiæ modos, ſiue ad animum illas, ſiue cœli naturam retulero, inde enim omnium diſciplinarum inſignia dependere, & quicquid ubiq; amœnitatis in bonis & extra uulgi conceptum ſtudijs poſitis accedit, manare nunquam negabo. Quid ſane (ut ſingulari ordine ſuo ſingula officia breuiter ſubſcribam) Clio, cui locus eſt primus, nonne cogitationem quærendæ ſcientiæ demonſtrat? Euterpe, in eo quod quærimus delectari inſtigat? Melpomene inſtare huic, quod delectat, exhortatur? Thalia capere id cui inſtiteris docet? Polyhymnia memorare, quod capimus, inſtruit? Erato inuenire, huic ſimile quod meminerimus, rationem præſcribit? Terpſicore, eligere, de quo iudicauimus, informat? Vrania, quæ ultima in ordine recenſetur, bene, quod elegimus, proferre inſtituit. Vides ergo quibus litterarum

Heli‑con mons

Muſæ

Clio

Euterpe

Melpomene

Thalia

Polyhymnia

Erato

Terpſicore

Vrania

ſtudioſo opus ſit ſubfulcris, ſi doctrina illuſtrem ſe fututum ſperauerit. Inibi ad finem admonuerim, ne quis poetas perinde atq; ſuperſtitione cæcutientes male de fide ſentire exiſtimet, ubi quod uel homini utile uel iucundum fore putant ſcriptitaturi muſas inuocant. Nolim enim credas eam ob rem Muſas ab illis credi deas, aut pro deabus ſtultæ gentilitatis more coli: uerum eos tantummodo eam ingenij uenam & acrimoniam orando excitare, quæ, quod fingere uelint, præſtare posſit. Ita mediusfidius non Aethnici modo, ceu Homerus, Heſiodus, Maro, Ouidius, cæteriq; doctisſimi hoc genus uenerandæ uetuſtatis antiſtites, ſed & Diuus noſter Auguſtinus altera Chriſtianæ fidei columna ſenſit: cum muſas ex Ioue & Memoria natas non ignoraret. Verum de his Varro, Cenſorinus, Martianus Capella, Fulgẽtius, Boccatius, Lilius Ziraldus, Vadianus heluetius, & alij compluſculi ſcite & locupletanter diſſeruere: nobis hæc obiter obrepſerunt.

Auguſtinus q̄ muſis ſentẽtia qui d' muſis ſcripſerunt

TRIGESIMVMQVARTVM ET VLTIMVM CONSILIVM, CVIVS GRATIA ET AD QVEM FINEM LITTERIS OPERA SIT IMPENDENDA.

PEruulgatum eſt, Philoſophorum illud omnia propter finem agere: & ſuum quenq; laborem ſtatum reſpicere finem, nihilq; eſſe, cuius cauſa, ob quam idipſum creatum ſit legitima non præcederet. Hinc non abs re fore duxerim, cum fere ad calcem deuenerimus, adoleſcentẽ monere, quo finis rei litterariæ operam nauet, quod utiq; neſcire turpe ſit omnino putarim. Quanquam animaduerti non paucos eo uſq; mentis hebetudine ſubductos, qui cuius gratia philoſophiæ ſtudeant uel ignorãt, uel certe eam prætendunt cauſam quæ turpior q̃ bone

ſtior eſt. Aut enim litteris ſe diligentiam impendere aiunt, ut uenentur uentoſæ plebis ſuffragia aut ob cumulandas opes, aut quo maiori auctoritate uulgo habeantur, aut quia plane pulchrũ ſit alios excellere, labi uero & neſcire turpe iudicetur. Ipſe autẽ ut ea omnia ex philoſophiæ litterarũq; ſtudio uenire nõ inficias iuerim, ita minime hoc ad illa, ſed ad deum Opt. Max. primo eſſe referendum dubio procul crediderim. Cur enim non ita credam? quando uel omni iure comparatum eſſe mihi conſtet, ut eo referamus, unde quæq; accepimus. Nunc quis non omne ingenij donum deo acceptum laturus ſit, cũ idem ab eodem ſolo originem capiat, in ipſoq; omnium ſit diſciplinarum theſaurus? Iure ergo quiſq; ueſtrum artibus operam impendat, ut his tandem illum Deum Opt. ueneremur: quod uel ille ſuo nimirum iure a nobis appetit. Coli nãq; deus ſe expetit, & honorari ab homine perinde atq; parens, ut uirtutem & ſapientiam teneat, quæ ſola immortalitatem parit. Siquidem nullus alius ſit, præter ipſum donare qui poſſidet pietatem: præterea talentum, quod noſtræ fidei creditum eſt, nequaquam humo infodientes abſq; uſura domino reddamus, quod ne fiat Euãgelica parabola cautũ eſt. Subeãt deinceps p̃ria, parẽtes, amici q̃bus pariter noſtris, ſi quas adepti fuerimus, doctrinis gratificabimur. Illi

Oĩa Deo ſunt adſcribẽda

Deus uult honorari

Amicis eẽ ſubueniendum

nãq; partẽ uel minime exiguã ortus noſlri ſibi uẽ dicãt: maxime qđ hoĩem eſſe cã hoĩs gñatũ, ut alter alteri ꝓſit, natura ipſa docemur, debet ꝓſe cto nemo nõ adoleſcẽtum & dies & noctes in id præcipue niti ut patriæ atq; parentibus & amicis opera, diligentia, ſtudio, induſtria, ingenio non tãtũ emolumẽto, ſed & decori & ornamẽto futurus eſſe poſſit. Solent enim (quis dubitat?) parentes, amici etiamnum ipſi una cum patria (cuius charitas maxima eſſe debet) nõ minimũ ſibi polliceri ſpei & ſubſidij de eo quẽ genuere, ſi in ipſo dotiũ aliq̃ ĩgenij emicet, tũ præſertim illius gaudere patrocinio, ubi ſe præſentiſſimis qbuſdã piculis, ſubitis neceſſitatib9, grauibuſq; aliquot caſibus diſtringi ſenſerint. Quas ob res ſi qs artiũ maieſtate ualuerit, conetur ex aĩo cuicũq; innocẽtũ ciuiũ & amicoꝝ & ꝓpinquoꝝ ſuccurrere, boꝝ quippiã euenire pſpiciens, ſempq; cogitet neminem ſibi ſoli natum, nec tantũ propter ſe doctũ euaſiſſe. Id ſi pẽſiculatus fuerit in xtaq; cõſiliũ meũ cœpit, ſentiet ſe poſt mortẽ magis q̃ ĩ uita uiuere: nã uiuet, iuuetq; ſẽp atq; ẽt lati9 ĩ memoria hoĩum & ſermõe uerſabit poſtq̃ ab oculis receſſerit. Interea iſtæc monẽs nolim ſui ipſius adoleſcẽtẽ ĩmemorẽ fore, pinde ac eius cã lr̃is incũbẽdũ nõ putẽ: in qua opinione ſi fuerim, aduerſus naturæ præſcripta utiq; depugnẽ neceſſum ſit arbitror. Cui nãq; bene, q ſibi male?

Pr̃iæ amor

Nẽo ſibi ſoli natus

aut quid ineptius, alijs ſemper, ſibi autem nunq̃ ſapere? Sciat igitur aduleſcens, uel ideo etiam litteris eſſe incumbendum, ut ipſarum auxilio honeſte, beateq; uiuere poſſit, & conuenientius tam mente q̃ corpore ſuſtentari, reiectis uanæ gloriolæ choragijs. Meminerit etiamnum ſubinde omnia fortunæ munera facillime ademptũ iri, diſciplinas uero animo coniunctas nullo tẽpore defecturas, ſed ſtabiliter ad ſummum uitæ exitum permanſuras.

Ariſtophanis opinio

Hinc Ariſtophane Athenienſium modo eos cenſuiſſe laudandos accepimus, qui ſuos liberos artibus erudirent: nempe quod hæ ſolæ forent, quæ præſtare poſſent, quod nec pecunia, nec pulchritudo, nec poteſtas, nec aliud fortunæ donum ualeret.

Theophraſti dictum

Quare Theophraſtũ dicere ſolitũ tradũt, doctũ ex oĩbꝰ ſolũ, neq; in alienis locis eſſe pegrinũ, neq; amiſsis familiaribꝰ, & neccẽijs iopẽ amicoꝝ: ſed in oĩ ciuitate eẽ ciuẽ, difficileſq; fortunæ citra formidinẽ caſus deſpicere. Id quod admodum uere & iucunde oſtendi poſſe puto celebratiſsimo Ariſtippi Philoſophi ſocratici exemplo.

Ariſtippi exemplum

Nota tu hiſtoria digna

Ferunt ſane illum naufragio eiectum ad Rhodienſium littus applicuiſſe, & interim, cunctis naufragio bonis amiſsis, Geometrica ſchemata deſcripta animaduertiſſe, & ita ad comites, qui cum eo erant, exclamaſſe. Bene ſperemus ſocij, hominum quidẽ ueſtigia conſpicio: ſtatimq; oppidum Rhodum

petiiſſe, & recta Gymnaſium deueniſſe, ibi quoq; de Philoſophia diſputantem muneribus maximis donatum: quibus tãdem non ſibi modo, ſed illis pariter, qui una fuerãt ueſtitum, & cætera, quibus opus erat, comparaſſe. Poſtremo, comitibus in patriam reuerti ſtatuentibus ita mãdaſſe (antea enim illi quæſierant, quidnam domũ filiis & amicis nunciari uellet) ut dicerent, eiuſmodi poſſesſiones & uiatica (puta bonas litteras) liberis oportere parari, quæ etiam e naufragio una poſſent enatare: ea nanq; uitæ præſidia eſſe, quibus nec fortunæ tempeſtas iniqua, neq; publicarum rerum mutatio, neq; belli uaſtatio poſſet nocere. Quid hæc ſibi uelit hiſtoria memoratu haud indigna minime dubitauerim, qn nemo non intelligat. Nimirum ea ipſa monemur, illum nequaquam iri peſſundatum, nec dura pauperie intermoriturum, qui optimis ſit diſciplinis inſtructus, & a uirtute non alienus: maxime, quod ubiq; uirtus magno apud optimos quoſq; uiros precio æſtimetur. Diſcendum itaq; & noſtra noſtrorumq;, in primis Dei Opt. Max. gratia adſeruerim: nobis, quo honeſtius commodiuſq; uiuamus, noſtris ut ſua de nobis expectatione ſe deluſum iri non ſentiant, Deo autem, quoniam ab illo omnia nobis ſint collata, proinde illi iure quouis mandante, reſtituenda quæq;, quem ſi noſtris litteris, uti oportet, honerauerimus

mus,hoc dubio ꝓcul afficiemur primo,ut ſimus in æternum beati,apudq; ipſum & cũ ipſo ſemper futuri.

PERORATIO CONSILIORVM.

Haec ſunt noſtra de ſtudij rõne cõſilia hactenus apud Mineruæ penetralia depoſita,quæ uel eo'nulli nõ lr̃as bonas exoſculaturo grata fore ſperauerim,qđ eius potiſſimũ cã efflagitantibus illud quottidiano ferme conuicio amicis aliquot non uulgaribus a nobis ſint recõcinnata, duxerim ſubinde eaipſa nemini nauſeam motura, qm̃ ex eis aliq̃ utilitatem citra faſtidium ipſos relaturos,aut certe bonam uoluntatem in me habituros confido. Supeſt,quęcũq; obteſter ſi ea conſilia noſtra ſermonis puritatem deſiderabunt,illiq; paꝝ compoſita,aut minus concinne ſcripta uidebuntur,culpam tpis anguſtiæ partim (qm̃ octo dieꝝ ſpacio:teſtes nõ deſunt:confecimus) & eiuſmodi ſcriptionis ꝓuinciæ,quam mediocrem expoſcere ſtilum adfirmarunt ſapiẽtiores, partim,mihi quoq; partim imputet,quod homo ipſe Germanus ſub cœlo aſperiore natus, & a Romano eloquio forte alieniſſimus illi me ſcri-

bendi muneri, quod uel Italo, uel alij fœliciore ingenio demandandum erat, deſtinauerim. At defore minime ſcio, qui dicent, qd me ꝑpulerit, ut id cõmitterem: ſtatuam ſuperiora defenſacula in culpa, quorũ mihi uoluntas & impulſio pro ratione fuerunt: quibus deniq; mirũ in modum inſtantibus non erat, quod iure potuiſſem negare. Vtcũq; fuerit, legibus ſanctis cautum eſſe neminem præterit: opus ex ætate, quæ mihi iuuenilis eſt, dignitate, quæ apud me iuridica eſt, ualetudine, quæ uſq; aduerſatur corpori noſtro, neceſſitate, quam puto fuiſſe maximam, ꝓpoſito, quod mihi ſcripturo fuit longe beneuolentiſſimũ, æſtimari debere. Sin nulli horũ apud maleuolos locus fuerit: ſcio tamen candidiſſimum quẽq; lectorem omnia boni conſulturum & me ſuſq; deq; facturum.

Sit laus Deo.

HIERONYMVS PVL-
LASTRELLVS PA-
TAVINVS DO-
CTISSIMO
VIRO. D.
FOEDE
RICO
NAV
SE-
AE
GERMANO, PRAECE-
PTORI SVO VENE
RANDO PER
PETVAM
EXO-
PTAT
SA-
LV
TEM DICIT.

TVVM: Nauſea, humaniſsime Præceptor: opus tam lubenti quã credi par eſt, aĩo ſuſcepi, ipſumq; qua numen aliquod, reuerẽtia ſum ueneratus, & merito quidẽ. quid enim per Deos immortales hoc tuo mihi ſacrario & doctrina & morum ſanctimonia refertiſſimo his potuiſſet temporibus accidere, uel gra-

tius,uel religioſius? Q̃m ex illo ipſo nomẽ meũ, ignobile prius,ĩmortale oĩno fit apud poſteros futuꝝ. Sed: Venerãde Nauſea:unũ illud mirifice doleo:me uidelicet talẽ,ac tãtũ præſtare uiꝝ haud poſſe,q̃lẽ ac q̃tũ lucubrationes tuæ grauiſſimæ,atq; ĩmortale tuũ opus mereret̃ p̃nũ,ex cuius authoritate aliq̃d ẽt præſidij aduerſus liuidos detractores,inuidẽtisſimoſq; codros q̃ri poſſet. Veꝝ q̃ñ ita ſupne illud mihi decoris elargitũ eſt,ut q ad aliquẽ eminẽtisſimũ principẽ ſpectaret honos,is abs te collatꝰĩ me fuerit.ita poſt hac,te duce,operã cõmodare cõtẽdã, ut ſi nõ eo dignitatis pu̇enire mihi cõtigerit,ad quã tua de me ẽ expectatio,ſaltẽ illud certe adſeq conabor, quo aliq̃ ĩ pte:diuo numine quopiã annuẽte:tuo ĩ me aĩo ſim rñſurus. Veꝝ.n.uero hoc in dubio, haud eſt,uniuſcuiuſq; laborẽ æq̃ mercedis cõpẽſatiõe eſſe demerẽdũ. Ah bone Deus, q̃lẽ ꝓ tãto tuo in me bñficio, honore q̃q; ĩcõparabili grãm ſum relaturus? quũ & agẽdo & hñdo ægre ſupplere ualeã, Atq,nõ ſecus q̃ Diogenes ille cynicꝰ facere cõſuerat: magnope laboras,ne uel hac rõne aliq̃d remuneratiõis ĩ te erogare debeã,q̃ñ illud ipſum ad diuitẽ potius cõtinue eſuriẽtẽ attineat. Quare,p̃ceptor oĩum mihi mortaliũ facile amãtisſime:utrũq; res ſe hẽat, tñ nõ puo mihi opprobrio ac dedecori futuꝝ exiſtimaui, ut tãti ĩ me muneris ĩgratitudinẽ oĩ ex pte ſubirẽ. Poſt

multas igit̃ ſubinde cogitatiões, rẽ potui aliã ex cogitare nullã, q̃ meũ erga te amorẽ, certe mirifi cũ, ſynceriorẽ idicaret, q̃ annulũ, quẽ his lr̃is iter cluſum tibi liberal̃r dono: annulũ inq̃ uere indiſ/ ſolubilis inter nos & charitatis & beneuolẽtiæ pignus: quẽ ea, rogo, una cũ eburnea, q̃ eiꝰ eſt an nuli cuſtos, ciſtula, ad frõtis hylaritate ſuſcipias, q̃ te ſp̃ p̃ditũ agnoui. Q̃d ſi fata nr̃a ſecũdẽt uo ta lõge a nobis maiora te latuꝶ ne dubita. Vale doctiſſime Nauſea, ſpes mea unica, & decꝰ tuæ pr̃iæ unicũ. Poſtremo me uelĩ generoſis ac incly tis Baronibꝰ a Schuarziberg Mecœnatibꝰ tuis oppido illuſtribꝰ, & liberalitate (ut ab oĩbꝰ dr̃) nulli ſcd̃is, ſuppliciter cõmẽda: q̊s ſane ſuo tp̃e ꝓ uirili tecũ: uelut iãdudũ cœpiſti: decãtare adni tar̃. Interĩ, lãpada tibi trado. Patauij, ex ædibꝰ nr̃is. quinto Calendas Auguſtas. M.D.XXI.

ELEGIDION. F.N. EXTEMPO rale ad Annulum a Hieronymo Pullaſtrel lo illi donatum, Dialogicæ gra tiaꝶ actiones, & annuli præſtantiam præſe ferens.

NAVSEA QVAERIT.

N Annule age unde uenis? A. Hieronymus ipſe dedit me.

A Pullaſtrellis.N.Annule age unde uenis?
Annule age unde uenis? A,Venio a uirtute Minerua
Proſapia claro.N.O ãnule age unde uenis.
Annule age unde uenis. A. Tibi me dedit alma corona
Pullaſtrellorum,ſcire quid inde cupis?
N.Dic age ubi es ſtructus? A.Patani.N.a quo?
A.A patauino.
Aurifabro ſcalptus.N.Quæ tibi Materies?
A;Non auricalchum, argentum, ferrum,neq; ſtannum
Haudq; chalybs,plumbum.N. Quæ tibi materies?
A.Sum non ex cornu,ſed fuluo conditus auro
Calce carente uides?N.Quæ tibi materies?
A.Eſt inſerta mihi magno mercata metallo
Gemma,Adamante prior.N.Annule cuius eris?
A.Ecce tuus, Dono nam me tibi donat amicus
Nobilis ille tuus.N.quid ſibi gẽma notat?
quidq; ſibi gyrus? A.cor,gemma, ſubinde rotundo
Gyro perpetuus ſignificatur amorr
Palleſcenſq; aurum,uerum tibi monſtrat amorem
Pallidus hinc fertur dignus amore color.
N.Annule chare ueni dilecti munus amici.
Annule delitium nempe eris uſq; meum,

N. ad ciſtā, qua annulus incluſus fuit

Ciſta mihi nullo non carmine digna uideris
Quod tanti cuſtos muneris eſſe uelis
Qua mihi pura qdē cōſignificatur amica
Virginitas, puræ quod mihi ſignat ebur
Qđ mihi ſignat ebur niueo profecto colore
Virginitate magis dic quid erit nitidum?
Annule chare ueni dilecti munus amici
Annule delitium nempe eris uſq; meum
Charior ecce mihi es mediis q̄ ſi uel Athenis
Eſſes, uel Roma ſculptus in eximia.
Charior atq; mihi es, q̄ ſi miſiſſet Achates
Te mihi, uel Phrygius nobilitate puer.
Chare magis, quā ſi Mentor te uel Polycletes
Finxiſſet, phydias ingenioue ſagax.
Hinc licet excellas auro precioſus, & in te
Gēma ſit omnigeno clauſa magiſterio,
Hoc tamē eſſe ſoles mihi lōge charior uno,
Qđ mihi adoleſcens te dedit eximius
Quo non nobilior Muſis, uirtute nec alter
Clarior, & quo non ingenio melior.
Semp ob id mecū nocteſq; dieſq; manebis
Mille tibi amplexus, Baſia mille dabo.
Aſt ego quas oro tali pro munere grates
Perſoluam uel agam? Non ego ſufficiam:
Ter tria Muſarū cantabūt numina grates.
Munere pro tanto, phœbus & ipſe canet.
Totq; canēt grates, quot nō ſūt ſydera Olympo,
Quot neq; uelinolo flumina ſunt pelago

Quot neq; cõcinuit ſmyrneꝰ carmina Homerus
Inſonuit doctus quot neq; Vergilius.

FINIS.

AD INTEGERRIMVM ET INCOMPARABILI ERVDITIONE VIRVM FOEDERICVM.N.GEORGII SVNNENSTEINER EPISTOLA.

Nolim te latere: Nauſea oĩbus uirtutũ titulis Ornatisſime: quæ mihi diuinitus qdẽ, tibiq; a me nõ ſine Deorum uolũtate manifeſtãda, reuelata ſunt. Cũ ꝓxima.n. nocte, poſthabitis paulo remiſſius lr̃aꝝ curis, gratisſimũ, qetis capiẽdæ gr̃a petere lectulũ: illico (ut fieri ſolet) poſt nimiã diurni ſtudij ĩtẽtionẽ defatigationẽq; arctisſimus me oppresſit ſomnus, in quo me Cœlũ cõſcẽdere, illicq; luſtrato cœleſtiũ cœtu, uenerãdas cõſpexiſſe Muſas, illiſq; uiſis extẽplo aĩo inauditã q̃dam mœſticiã indignationẽq; obrepſiſſe meo, & commotũ, haſce admodũ flebiles edidiſſe uoces, inq; talia ꝓrupiſſe uerba uidebar. Quouſq; Muſæ Muſas ad loquitur

Sacratiſſimæ, me miſerũ tãtas effundere lachrymas, meoſq; madefacerẽ ocellos cogetis? Quænã ĩpietas ueſtros oc cupauit anios? Quonã mõ tãta ſeueritas ueſtra ſubijt pectora? Cur tã ingẽtẽ exercere crudelitatẽ pgitis? Nõne pudet, mortalẽ hmõi cruciare modis? Nõ pudor qſpiã inſolitã ueſtris pcordijs, nutrire ĩdignationẽ deterret? Cur ſic naturæ ueſtræ ĩmemores eſſe pſeueratis? Eſtne hæc ueſtra pietas? Eſtne hæc cœleſtiũ cõditio? Nõ uos a mortalib⁹, pietate ſupari piget? cũ in terris tãta ĩpietas, crudelitas ĩdignatio, nõ uigeat. quid iuuat, me ſiniſtro pſeq numine? quid me tãtis inuolui curis pderit? ni fortaſſe, ut magis ſolito, ueſtra obſcuretur clæmẽtia. Proinde, uos Deas pijſſimas, ĩpietatis oĩno exptes eſſe me mentote: mihiq; afflicto, benignas ueſtras pſtare aures dignemini obſecro: ueſtraſq; mortales fore iras agite: oẽmq; a me pellite luctũ: manſuetudinẽ oſtendite: mites eſtote: cruciare deſinite: indignationẽ deponite: pietatẽ p ueſtra, qua eſtis, natura, exercete: meq; dextro amplectimini numine: tãtiſq; me ſoluite curis oro. Tũ Mercuriũ Camœnæ, ut ſuo ſũgeretur officio, admonuerũt, q cõfeſtim obſequẽs, me hũc in modũ alloqtur.

Mercurius loquitur

Quis te noſtra adire limina caſus ĩpulit? Qua uel gratia cœleſtes uiſendi ſedes te huc recepiſti?

Quæ ēt inſania te,ut has regias peteres domos
induxit? Quaue temeritate has nr̄as penetraſti
fores? Qua deniq; audacia tā irreuerēter in no-
ſtras inuectus es Muſas? Ego reſpōdēs inq̄, no- Rñ-
meo,ſed ueſtro (ut opinor) motu huc me cōtu- dēt, ſū
li. Nemo enim unq̄ mortaliū ad ſupeꝝ aulas,in- nēſtei
uitis migraſſe Diuis cōſtat. At ille,cur adeo mœ ner
ſto turbatoq; es uultu,q̄d ſibi tā triſtes uolūt uo
ces? Da inquam ueniam precor, rem paucis ex Orō
planaturo. Non te inficias ire arbitror. Perſpi- ad
caciſſime Deorum interpres: me iam diu, quo Mer-
maturius expeditiuſq; Heliconis omni diſcipli- curiū
næ genere refertiſſimi, limina, ne dicam cacu-
mina attingere poſſem, pro uirili laboraſſe, a
quibus (ut ſcis) hactenus adeo repulſus fui: ut
ne ueſtigia quidem nouerim: quibus recte ad pri
ma tendere limina potuiſſem : unde ad extre-
mam redactus deſperationem,ut nullo uſus con
ſilio obloquerer, impulſus ſum. Fac igitur ob-
ſecro, ſi quapiam in re, ſacras Muſarum meis
intempeſtiuis forſan ſermonibus offendiſſem au
res, ut demum ſuas mecum agere partes,mihiq;
humiliter ſupplicanti ignoſcere non dedignen-
tur. Tum ille exporectiori, ut uidebatur fron
te ſic exorditur. Minime hæſito,te nō fugere. Ni Mer-
hil eſſe diuinū,q̄d non pietate ſit plenū. Quo cir- curij
ca noli tuum deſpondere animum, ac ſi nul- rñſio

lus tibi penes Diuos pietati eſſet locus: caue inſu
p ut credas, tibi uni qđ nulli hactenus contigit,
euenire. quis, q̃ſo, hoīum poſt p̄ces a ſacris ſui uo
ti ipos diſceſſit liminibus. Nemo pfecto Supe℞,
queq̃ ſuo deſiderio uacuū a ſuo cōſpectu abire paſ
ſus eſt. Pro nr̄a igit̄ (uti decet) pietate, uiā tibi
tritiſſimā nō obiicibus, nō ullis obſtaculis ipedi
tā demōſtrabo: qua pculdubio nō mō primos He
liconis aditus: uerūetiā ſūmū eius apicē occupa
re ualeas. En tibi. F. Nauſeā, nūc in celebratiſſi
mo Patauino Archigymnaſio adeo florētem: ut
eius nomē nulla ætas ſilētio p̄terire poſſit. Illū
dico Nauſeā, q nō mō in ſacro illo mōte a Muſis
nr̄is educatus, & diligētiſſime nutritus: ſed ea℞
arcanis ſic initiatus, ut illū in ea℞ latere penetra
libus nihil poſſit, qđ ad unguē nō pſcrutatus ſit.
Ille nimirū ex illa℞ inſtinctu, nup triginta quat
tuor (ut ipſe appellat) cōſilia, nō mō pueris ipſis
(quo℞ grā illa cōfecit) ſed & ætate puectiori/
bus, nō tā nō aſpernanda q̃ neceſſaria, excuſſit.
Hæc tibi ſane noua, rara, utiliſſimaq; nō tā polli
centur q̃ afferent, ſi qdē & multiiuga eruditione,
& uariis ſententiis præceptiſq; diuinitus excogi
tatis, preterea luculētiſſima oratione adeo refer
ta, ut etiānum reluctātibus Muſis, ad earū ſacra
ria facillime puenire ualeas: hortare igit̄ ipſum,
q̄primum illa ſua in lucem dare curet conſilia.
Nā Camœnæ ipſæ illud operis eo uelocius, quo

Nau/ſeæ encōniū

is earum ſpiritu ꝓculdubio citius effinxit, uni/ uerſæ litteratorũ cohorti tradi, & maxime uſui eſſe cupiunt. Gratulare *itaq; nõ modo, ſed gau/ de & exulta, nam dubium citra, tecũ uniuerſus eruditorum lætabitur cœtus, illoſq; huic debitas & habere & agere gratias minime pigebit: cũ tãdem hoc uno duce inextricabilem illũ, in quo tot contriuere ſæcula, euitare labyrinthũ queãt.*

E ſõ/ no ex prect9 a ſun/ nẽſtei, ner Sun/ nenſt. ad.N.

Quibus ego auditis, præ gaudio quaſi exanimis cecidi: eoq; caſu, ſomno excitatus: quæ uideram, tantiq; Dei, de tuis illis conſilijs teſtimonia æſti mationẽq; accurate meo penſitare animo cœpi. Et ne diuini præcepti immemor eſſem, uolui te admonitum, ſummo præcauere ſtudio: ne illa tua conſilia diuina authoritate fulcita, diutius intra tuos contineri lares patereris. Hoc *nanq; pacto nimirũ Superos in te (quo tibi nihil perni cioſius contingere poſſit) cõmoueres: ardentiſſi mãq; litterarum iuuentutem, tibi oĩno nõ ingra/ tam futuram, frugaliſſimo priuares munere: a qbus te rebus remis & uelis (ut aiunt) euolatu rum ſuaſerim. Proinde Nauſea facundiſſime, fac perq̃ uelociſſime e tuis prodeant penatibus. Vale perpetuum Germaniæ ornamentum. Pa/ tauij. xiij. Calendas Iulias. Anno humanæ ſa lutis uigeſimo primo, ſupra milleſimam quingẽ teſimam.*

Finis.

FOEDERICVS NAVSEA GERMANVS ORNATISSIMO A MVSISQVE NON ALIENO IVVENI GEORGIO SVNNENSTEINER GERMANO SALVTEM.

QVã mihi, Ornatiſſime iuuenis, tuo ad me ſomnio, miratu haud ſane indigno gauiſus fuerim, præter orationis candorem, qua ipſum ſignificaſti uel hoc uno cognoſces argumēto, quod illud in meis nudiuſquintus ad te litteris mendacio me locũ dediſſe oĩno nullum arguerit. Inibi nimirũ me Poetarũ more mentiri rebaris, qm̃ ſub Ioue te natum, ab illoq; dono datũ ori tuo Mercuriũ, præcordijs Genium infuſum, capiti Palladẽ indubie traditã prædicarã. Num, quæſo, id ſomnij altius repetiturus me ueriora his, quæ apud Sagrã accidiſſe cõmemorãt, negabis? aut Atticum mihi teſtem præferes? a tripode deuiaſſe dices? tibi Sibyllæ foliũ recitaſſe iſiciaberis? Minime, imo ueli nõ te (q ne in cã ſis ꝓpria iudex legum authoritate ꝓhiberis) ſed queq; iuſtum rerũ æſtimatorẽ ſñia quadã ꝓnũciaturũ, an nõ, diſerte uti Mercurius, cordate ut genius, ſcite ut Pallas il-

lud ſomnij ſõniaſſes? Mihi hercle ingenij tui acu
men pplacet, animi acrimonia arridet, reiq; iuẽ
tiõis ſubtilitas minime diſplicet. Quã uero illã
ex cõpoſito ad me direxeris, arguteq; ſis interpꝛe
tatus, alioꝶ reliq̃rim iudicio. Q̃d enim tãtis me
laudib9 ſub palliato Mercurio oneras, ſtudio in
me tuo, tuæq; ſimplicitati ſimplicitate ſimplicio
ri, ac libertati quauis libertate liberiori plane ĩ
puto, nõ mihi ꝗ nihil horum meruerim; inde tñ
q̃ oratoria ualeas facile aĩaduerto: q̃ppe q uelut
alter Cylenius orõne tua copioſiſſima me muſcã
ꝓrſus elephãtem effinxeris, culicem aquilã ꝓba
ris, & pygmeo ſubinde Herculis cothurnos in
duxeris. Sed ad ea, q̃ illo tuo innolucro facturum
me p̃tẽdiſti. Efflagitare ſane uideris, ut nr̃a, quæ
de puero lr̃is ĩbuẽdo cõſcripſi, cõſilia iã tãdẽ ad
cõem lr̃ariæ reip. cõmoditatem emittere pgã, q̃d
mihi bonæ apud multos uoluntati, pleriſq; uero
muſas exoſculãtib9, q uel ante a lr̃is facile defe
cerãt uſui nimirum fore nõ mõ diuinaueris, ſed
uel luce clarius futurum adfirmas. Ingenue fa
teor nihil nõ me tibi ob tuam erga me obſeruan
tiam, humanitatem, beneuolentiã, liberalitatẽ,
uniuerſaq; char tatis nomina debere: hinc quoq;
tuis ad me p̃cib9 oĩno annuere: ſed eſſe, q̃bus tibi
relucter iure moneor. Quomodo enim illud
daturus ſum, cuius penes me poteſtas non
eſt? Noſti quidem iſtæc ipſa conſilia manu

tua Dædalea & præpeti tranſcripta Generoſo dedicata Baroni Guilielmo ex ſchuarzẽbergio: Poſtq; illũ præſtātiſſimo adoleſcẽti Hieronymo pullaſtrello, quorũ eſto cũ illis facũdi ius pleniſſimũ. Eſto præterea (qđ mihi apud te ſecũdo loco, ueniã ſcio impetraturũ) hæc ipſa penes me conſilia, forent, opinarer tñ eiuſmodi nondũ eſſe ut ea æditione dignarer, niſi diligentius uel abs me, uel alio quopiã doctiore repetita pinde ac lectore perpenderẽtur: qm̃ Ariſtarchũ hactenus ſuſtinuerint nullũ, nec a nobis ſtudiorũ mole & aduerſa corporis ualetudine, eaq; ꝑpetua oppreſſis emendata fuerint. Si tñ tantopẽ exorarentur, q̃ ipſe affirmaſti facile tibi amicorũ meorũ oculiſſimo obſequerer, gratificarerq;, hac tñ lege, ut ꝓ tua in me fide & diligentia in hoĩum manus emẽdata prodirent. Vale fœliciter ſplendens patriæ decus. Inter cæteraq; te facturũ noſtra cã cognoris, noĩe meo Marinũ Becichemũ Celebratiſſimũ humanioris Studij Patauij profeſſorem, cõmunem noſtrum præceptorem, ſenem immortalitate dignisſimum ſalutabis, & quidem ita ſalutabis, ut ſe tam a Nauſea uenerari ſentiat, q̃ uix ab alio. Venetijs nono Calendas Iulias, Anno Chriſti. M.D.XXI.

FOEDERICVS A STAMPA
Rhœtus ad Lectorem.

Profuit hic patriæ, charis uerum alter amicis
Iſq; iuuentuti, profuit ille ſeni.
Diuitibuſq; alter, ſed profuit ille miſellis
Hic quoq; Germanis, profuit ille Italis,
Et multi multas tribuunt (dubio ſine) multas
Suppetias, cunctis omnia nemò dedit,
Proderit at multis, nec non dabit omnia cunctis
Et feret omnigenũ Nauſea ſubſidium,
Vale fœliciter.

FINIS.

Impreſſum hoc aureũ eſt opuſculum Venetijs,
in ædibus Georgij de Ruſconibus Medio
lanenſis, Anno Chriſti natiuitatis
quingenteſimo uigeſimoprimo
ſupra milleſimum, ſub
Antonio Grimano
Sereniſſimo
Venetia
rum
Princi pe, anno eiuſdem principatus primo.

150 LXIV